



HIERONYMI CARDANI DE PROPRIA VITA, LIBER.



V M omnium rerum, quas indipisci humano generi licet, nihil iucundius, nihil præstantius, veritatis cognitione videatur: nec vlla mortalium structura perfecta possit, quanto minus à calumnia tuta: Exemplo sapientissimi & optimi, vt creditum est, viri Antonini Philosophi, librum de Vita nostra scribere aggredimur. Testati nihil adiectum iactantiæ, aut ornandæ rei causa. Sed quantum licuit collectis euentibus, quibus interfuerunt discipuli: præcipuè Hercules Vicecomes, Paulus Eufomia, & Rodulphus Syluester, tum à nobis conscriptis historiæ partibus, librum conflasse. Tentauerat id iam paucis ante annis, ex agnatis & discipulis meis Gaspar Cardanus professione Medicus: sed morte præuentus absoluere non potuit. Licuit & priuato homini, & Iudæo hoc ipsum absque reprehensione agere, vt si mihi non res àleo magnæ obtigerint: ad inscriptionem dignæ certè plures. Nec nos Galenum idem tentasse later: honestius vt sibi visum est, quasi aliud agens sparsim, ignauia tamen factum est studiosorum, vt nullus classicus illam ordinare tentauerit. Nostra autem sine fuce, & non doctura quemquam, sed pura historia contenta, vitam non tumultus habet. Quales L. Syllæ, & C. Cæsaris, nec non Augusti, quos haud dubium est vitam suam scripsisse, ac gesta, vt fuerit hæc res exemplo veterum non noua aus à nobis excogitata.

— — — — —

CAPVT PRIMVM.

Patria & Maiores.



PATRIA mihi Mediolanum: oppidum, ex quo familia profuxit Cardanorum, xxiv. M. P. ab Vrbe distans: à Gallareato M. P. tantum septem. Pater Facius Iuriscoñsultus: Auus Antonius: Proauus aliter Facius: Abauus Aldus. Facio primo hæcne filij Ioannes, Aldus secundus, & Antonius auus. Antonio Gotardus, Paulus Iuriscoñsultus & Anuistes, & Facius pater, ac Nephos, & ipse Pauli prænomine. Nunc ex eadem hæcne agnati mei xxx. prope. Sed ego Cardanorum familia ipsa per se sit, seu, vt quidam putant, ramus Castellionorum, ceuque est nobilitas & aut quædam fuisse. Ab anno enim m. d. lxx. p. p. fuit Vrbe

Tom. I.

nostræ Milo Cardanus, tam sacris quam profanis mensibus xcii. Et non solum ciuilibus causis, sed vt cæteri Principes capitalibus iudiciis: Et tum etiam aliis vrbibus quæ sub eaditione erant, & regioni illi toti. Inter illas, autem fuit Comum. Sed hanc potestatem consecutus est Milo ab Archiepiscopo Cribello dum euasisset in Pontificem Urbanum Tertium. Sunt etiam qui velint Franciscum Cardanum militiæ Mathæi Vicecomitis Ducem, ad nos pertinere. Sed Castellionorum ex familia, sumus adhuc nobiliores Cælestino quarto Pontifice Maximo, ex eadem familia oriundo. Longaui autem fuere maiores nostri: Facij primi filij vixere xciv. lxxxviii. lxxxvi. Ioanni duo fuere filij Antonius qui vixit lxxxviii. annis, Angelus xcvi. hunc nos decrepitum pueri agnouimus. Aldo pnicus Iacobus, qui excessit lxxii. Gotardus patruus meus vixit lxxxiv. hunc nos vidimus, pater meus lxxx. annis. Ceterum Angelus

A

gelus

gelus ille fuit, qui filios prope lxxx. annum procreauit decrepitis similes (quorum vnus tamen adhuc viuit lxx. maior) & visum post lxxx. recuperauit; audio, & quosdam vidi ex illis, procerioris fuisse staturæ. Cæterum materno ex genere fuere Micherij, Clara mater, auus Iacobus, qui vixit lxxv. annis, frater eius Angelus cum essem puerulus, vt ex ipso audiui lxxxv. agebat. Communia patri, & paterno patruo, & auo materno, eruditio & singularis integritas. Sed patri & materno auo senectus magna, & Mathematicarum peritia. Idem maternus auus in carcere fuit parum differenti ætate, qua ego, cum vterque lxx. anno. Fuerunt & quinque aliz Cardanorum stirpes ab Aldina nostra, Antonioli an. M. ccc.lxxxviii. Gasparini an. M. ccccx. Raynerij M. cccxci. Henrici antiquissima M. ccc. cuius descendentes Bertus & Ioannes Facioli quasi ætate pares: Et Guliermus qui quando floruerit incertum est, eius tamen filij Zolus, Martinus, & Ioannes qui Gallareate habitauit.

CAPVT II.

Natiuitas nostra.

TEntatis, vt audiui, abortiuus medicamentis frustris, ortus sum an. M. D. VIII. Calend. Octobris, hora noctis prima non exacta, sed paulo magis dimidia, & tamen besse minore. Erant autem figuræ loca principalia eiusmodi, vt in genitura viii. post finem Quadripartiti Ptolomæi diximus. Consideraui ergo quod luminaria ambo cadebant sub angulis, & etiam nullum eorum aspiciebat ascendens, quia erant in vi. & xii. poterant etiam esse in viii. cum hac conditione. Illa enim quia descendit, & non est angelus, dici potest cadens ab angulo, & licet masculinæ non essent in annulis, Mars tamen vtrunque luminare damnabat ob locorum odium, & cum Luna quadratum: ideò poteram esse monstrosus: sed quia locus coniunctionis præcedentis fuit virgin. xxix. cui præest Mercurius: Et neque hic, neque locus Lunæ, nec ascendens est idem, nec aspicit virgin. penultimam partem, debui esse monstrosus: imò difficile erat vt discerptus esse ventre matris prodire, à quo parum abfui. Natus ergo, imò à matre extractus, tanquam mortuus, cum capillis nigris & crispis, recreatus balneo vini calidi, quod alteri potuit esse perniciosum, mater conflictata tribus perpetuis diebus in partu, superstes euasi tandem.

Cæterum vt ad rem redeam, cum Sol & masculinæ ambæ, & Venus & Mercurius essent in signis humanis, ideò non declinaui à forma humana: Sed cum Iupiter esset in ascendente, & Venus torius figuræ domina, non fui oblectus, nisi in genitalibus: vt à xxi. anno ad xxxi. non potuerim concumbere cum mulieribus, & sæpius deflerem sortem meam: cuique alteri propriam inuidens. Et cum Venus dominaretur, vt dixi, toti figuræ, & Iupiter esset in ascendente, factus sum abiectus fortis: lingua parum blæsus, & addita est propensio (vt Ptolomæus ait) media inter frigidam & Harpocratiam, id est rapacem & inconsultam diuinationem: in quo genere præ-

sentionem honestiore vocabulo dicunt) non oblectare aliquando valui: similiter ac in aliis diuinandi generibus. Et quoniam Venus & Mercurius erant sub radiis Solis, illi vim vniuersam tribuentes, poteram & hoc modo aliquis euadere, quamuis cum Genesi adeò (vt Ptolomæus appellat) misera & infortunata, nisi Sol ipse prorsus fuisset abiectus, cadens loco sexto, & à sua altitudine. Remansit ergo sola quædam vafricies, & animus minimè liber: verum omnia abrupta & interdicta consilia: vt vno verbo dicam destitutus corporeis viribus, cum paucis amicis, paruo patrimonio, pluribus inimicis, quorum maximam partem neque nomine, neque vultu agnosco, absque humana sapientia, nec memoria validus, sed prouidentia aliquanto melior: vt nesciam cur conditio quæ ad familiam & maiores contemptibilis censetur, gloriosa, imò inuidiosa apud eosdem sit. Hac die ortus est olim Augustus. Toto Romano Imperio noua Indictio incipit. Ferrandus Hispaniarum Rex generosissimus, vxorque eius Elizabetha classem primum emisissent, qua totum Occidentem adepti sunt.

CAPVT III.

Communia quadam qua parentibus meis contigerat.

PAter purpura vestiebatur, insolito ciuitatis more, quamquam capitulum nigrum retinuerit, eratque blæsus in loquendo: variorum studiorum amator: ruber, oculis albis & quibus noctu videret; vsque ad extremum vitæ, vsu perspicilliorum non opus habuit, in ore illud semper ei erat, *Omnis spiritus laudet Dominum, quia ipse est fons omnium virtutum.* Iuueni ex vulnere capitis detracta fuerunt ossa, vt absque capite diu manere non posset. Caruit dentibus omnibus à lv. anno supra. Erat Euclidis operum studiosus, & humeris incuruis: & filius meus natus maior ore, oculis, incessu, humeris, illi simillimus: sed lingua forsitan ob ætatem, expeditior. Vtebatur amico vnico & familiari, sed satis disparibus studiis Galeazio Rubro (familiz hoc nomen erat) qui illi præmortuus est: Et Io. Angelo Saluatico Senatore, aliàs discipulo & contubernali. Similitudo morum & studiorum fabrum illi amicum effecerat: is enim est qui Archimedis cochleam inuenit nondum vulgatis Archimedis libris: Gladios qui plûbi instar flecterentur, & ferrum penè vt lignum scinderent: & quod maius fuit, thoraces ferreos (me spectante sæpius experimentum, eram autem adolefcentulus) qui idibus igneorum tormentorum militum legionariorum resisterent; adeò vt quintuplici icui, vnus idem suffecerit: virque rimulam, contraxit. Mater fuit iracunda, memoria & ingenio pollens, paræ staturæ, pinguis, pia. Ambobus parentibus commune fuit iracundos esse, parum constantes etiam in amore filij: indulgentes tamen, adeò vt pater sine ret, imò iuberet, ne à lecto ante secundam diei horam absolutam surgerem: quod mihi ad vitam & incolunitatem magno adiuu-

to fuit. Melior etiam (si dicere licet) visus est fuisse & amantior pater, matre.

CAPVT IV.

*Vita ab initio vsque ad presentem diem
(finem scilicet Octobris, a. 1575.)*

enarratio breuis.

Forfan hoc si Suetonius animaduertisset, addere ob commodum legentium poterat, neque enim, ut Philosophi dicunt, quicquam est, quod vnum non sit. Ergo natus Papiæ, primo mense, nutritum ipsa die qua ægrotauit (ut audiui) ex peste amisi: rediit mater; mihi carbunculi quinque in facie crucis in effigiem, superuenerunt, ut vnus, foret in nasi apice: Quibus locis post triennium, totidem tubercula (variolas vocant) renouata sunt. Mense secundo nondum expleto, Isidorus Resta Ticinensis patritius, me nudum balneo aceti calidi exceptum, tradidit nutrici: per illam delatus sum Moiragum (villa est vii. M. passuum distans à Mediolano, in via recta ex Vrbe nostra Papiam per Binasci oppidum:) ibi cum venter obdurisset & intumesceret, corpus contabesceret, intellecta causa, quod nutrix vtero gereret, meliori nutrici traditus sum, sub qua tertio anno ablatus sum. Quarto delatus Mediolanum, mitius tractatus sum à matre, & amita Margarita illius sorore (mulier cui fel defuisse existimo) nisi quod & à patre & à matre sine causa verberatus, toties ægrotavi ad mortis periculum. Tandem septennis cum factus essem, (neque enim pater cum matre habitabat) tum primum cum merito possem verberibus dignus haberi, à verberibus abstinendum decreuerunt. Sed mala fors minimè me deseruit, infortunium commutauit non sulsulit; conducta enim domo, pater me, & matrem, & materteram secum traxit in domum: atque ibi iussus sequi patrem, tam molli corpore, ea ætate, à summa quiete, ad summam & assiduam exercitationem retractus, meritò in capite octauo anni, laboravi dysenteria cum febre: & erat morbus tum Epidimius, si non pestilens vrbi nostræ, & ego clam multam vnam acerbam deuoraueram. Itaque aduocatis Bernabone Cruccio, & Angelo Gyra, non prius in spem salutis redij, quam cum prorsus ut mortuum defleuissent vtrique parentes simul cum matertera. Ibi pater qui pio vir corde erat, diuinam B. Hieronymi vim experiri potius voluit (salutem meam illi voto commendans) quam à Dæmone, quem palam familiarem habere se profitebatur, cuius causam nunquam exquirere recordatus sum: conualui dum Galli, deuictis in Abdur consiniis Venetis, celebrabant triumphum, quem à fenestra spectare licuit. Tum remissa est cura comitandi patrem, & assiduus labor. Sed nondum exstincta ira Iunonis, non planè restitutus ex morbo, cecidi è scala (habitabam autem in via quæ Maynorum appellatur) cum malleo, à quo pertusa frontis pars summa sinistri lateris, vulnusque acceptum non sine offensa ossis, ut cicatrix perpetua maneat, in hanc vsque diem. Vix conualueram ex hoc, sedebamque in limine

Tom. I.

domus: cum lapis à vertice viciniae altissimæ descendens, latus longusque ut nux, sed tenuis ut quasi corticalis dici posset, verticem sinistræ partis, vbi capilli frequentes aderant, vulnerauit. Sub initio decimi a. ni domum quasi infaustam pater commutauit, è regione in eadem via: vbi triennio toto mansi: Sed non mutata fors mea, nam rursus pater me ut seruum ducebat secum mita pertinacia, ne dicam scruitia, ut diuino potius consilio factum, ex his quæ post sequuta sunt credas quam patris culpatum maximè quod mater, & matertera simul consenserint. Longè tamen mitius mecum egit, nam nepotes duos interim, vnum post alium habuit, quorum seruitute leuior tanto mea facta est, si non irem secum, & minus molesta si simul comitarer. Pòst mutatis domibus, illi semper comes, tandem xvi. perfecto anno, iuxta pisistratum Boffiorum, in domo Alexandri Cardani, habitare cœpimus. Erant autem patri meo duo ex sorore filij, Euangelista ex ordine D. Francisci ætatis prope lxx. annorum: & Otto Cantonus Publicanus, ac diues: qui prius moriens, voluerat me hæredem ex asse relinquere, sed pater vetuit, dicens male parta esse: Itaque arbitrio fratris sui qui adhuc supererat bona distributa sunt. Anno exacto xix. contuli me in Ticinensem Academiam, cum Ioanne Ambrosio Targio, vbi sequenti etiam anno mansi, sed sine socio. xxi. peracto cum eodem rursus Papiam me contuli. Quo anno publice disputavi, & professor sum Euclidem in Gymnasio: Dialecticam paucis diebus; tum & primam Philosophiam, primum pro fratre Romulo Seruita, post pluribus pro quodam medico Pandulfo. Exacto xxii. anno mansi in patria, ob bella quibus regio nostra grauiter tenebatur. Post initium anni M. D. xxiv. contuli me Paduam, vnde forte fortuna sub finem anni, id est mense Augusti, cum Io. Angelo Corio Mediolanum me contuli, vbi patrem extremo morbo laborantem inueni, qui de mea potius quam propria salute sollicitus, iussit redire Patauium: hoc ipso etiam latior, quod me lauream Venetiis adeptum in Artibus, ut dicunt, intelligeret. Vbi rediissem accepi literas illum obiisse, nona die à qua à cibo prorsus abstinuisset: mortuus est xxviii. Augusti, cœpit abstinere xx. quæ fuit sabbati. Sub anni xxv. finem, factus sum Rector eius Academiæ: in fine sequentis Medicinæ Doctor, in priore vno suffragio bis repetita suffragatione, victor in secundo cum iam bis excidissem, xlvii. suffragiis contra melatis, nec esset vltra tertium experimentum iocus superior euasi ix. contra melatis, cum totidem solum pro me fuissent antea xlvii. ante approbantibus. Hæc tam & si parua esse non ignorem, eo ordine quo euenerunt retuli: ut mihi legenti (neq; enim aliis hæc scribo) voluptati essent, & simul hi (si qui etiã legere dignentur) icipiant magnorum casuum obscura fore initia, & successus, seu quod aliis talia, sed non animaduertentibus accidere soleant.

Ergo mortuo patre, & peracto magistratu, sub initio xxvi. anni, contuli me in Saccentæ oppidum (abest id à Patauio M. P. x. à Venetiis xxv.) hortatu auxilioque Francisci Bonafidei Medici Patauini: qui (cum nec illi beneficium contulisset, nec eius fuisset

A 2 auditor;

auditor, quamquam publicè profiteretur,) summæ integritatis studio tantum, mihi ad dictus fuit. Mansi ibi dum Patria omni malorum genere vastaretur. Peste nempe atroci M. D. xxiv. & bis mutato Domino: Anno M. D. xxvi. & M. D. xxvij, annona penuria exitiali, vix pecunia atramentum signatum, pro Cerere, redimi poterat: tributis intolerabilibus: Anno M. D. xxviii. morbis ac peste: quæ solum aliquanto mitius ferri poterant, quòd vniuersum depopulabantur: Anno M. D. xxix. redij in patriam bellicis infortunis paululum remittentibus: tunc reiectus à Collegio, nil boni à Barbianis impetrare potens, matre etiam morosa, redij in meum oppidulum: sed non aded integer vt abieram, molestia enim, laboribus, curis postmodum accedentibus tussi atque tabefactione, empyemate ex crudo humore fetido, eo perductus sum, vnde nemo ad salutem redire soleat. Tum eo morbo solutus, voto B. Virginis: sub finem anni xxxi. duxi vxorem. Luciam Bandarinam ex oppido Saccensi. Quatuor autem ad hanc diem obseruaui actiones meas ante Plenilunium, non cogitando semper perfectas fuisse. Et tum in spem ingressum, vnde alij excedere solcant: Et vt dixi extremo in limite constituisse fortunam. Et itinera fere omnia ad lx. vsque annum mense Februario initium habuisse. Ea ergo post secundum abortum peperit mihi duos masculos & vnã medio tempore feminam. Sequenti anno contuli me circa Aprilis finem Gallæatam, vbi mansi xi. mensibus, quibus sanitati restitutus sum. Et desij pauper esse, nam nil mihi relictum est. Mediolani ex humanitate Præfectorum Xenodochij magni, tum Philippi Archinti auxilio viri Illustris, & tum Oratoris insignis, profiteri cœpi publice Mathematicas, xxxiii. annis iam perfectis, oblata est post biennium conditio Medicinam publicè profitendi Papiæ, non accipi, nam spes non erat vnde sumerem stipendiũ. Eo anno scilicet M. D. xxxvi. Placentiam me contuli, aduocatus litteris Antistitis Archinti (sed nondum factus erat Sacerdos) ad Pontificem nil peractum, sollicitabat & Prorex Gallorum instante, vt audiui post, Illustri viro Ludouico Birago Duce peditatus Regis Gallorum in Italia: multa & magna offerebat (erat enim Brisaccus Prorex singularis in studiosos amoris & humanitatis) sed nihil actum est. Sequenti anno M. D. xxxvii. pactus sum cum Collegio, & exclusus planè: anno autem M. D. xxxix. tot non obstantibus receptus, præter omnium spem, Sfondrati auxilio & Francisci Crucii viri optimi. Post anno M. D. xliij. Medicinam Mediolani professus sum: sequenti autem cum domus mea ruisset Papiæ Medicinam professus sum, (nullo licet concursore) sed pecuniæ non numerabantur; cessauit ergo anno xlv. peracto, mansique Mediolani cum filio natu maiore, qui tum agebat annum xi. filia ix. explebat: Aldus bimus erat; cum Moronus Cardinalis (quem honoris causa nomino) astate anni M. D. xlvi. conditiones non aspernandas obtulit; at ego qui, vt dixi, Harpocraticus sum, dicebam summus Pont. decrepitus est: murus ruinofus, certa pro incertis derelinquam? neque

ego tum Moroni probitatem, nec Pharnesiorum splendorem intelligebam, eram etiam insinuatus ab anno M. D. xlii. in amicitiam Principis Istomij, qui aliquid dedit, plura dabat quæ nolui accipere. Sed post ætatem redij ad profitendi manus, & sequenti anno instante Andrea Velatio viro clarissimo, & amico nostro, oblata est conditio D. ecc. Coronatorum in singulos annos à Rege Daniæ, quam recipere nolui cum etiam victus impensam suppeditaret, non solum ob regionis intemperiam, sed quod alio sacrorum modo consueuissent: vt vel ibi male acceptus futurus essem, vel patriam legem meam maiorumque relinquere coactus. Peracto L. anno quòd stipendium non numeraretur, mansi Mediolani: sequenti mense Februarij M. D. lii. oblata est occasio eundi in Scotiam, accepique antequam discederem aureos coronatos Gallicos Sco, & M. cc. in reditu, abfui cccxi. diebus, poteram si manere voluisssem multo maiorem summam recipere: ab anno M. D. liii. in Calendis Ianuariis vsque ad annum M. D. lix. ad Calendas Octobris Mediolani moram traxi. Sed oblatas maiores conditiones renui, vnã Regis Gallorum, metui Cæsaria nos offendere cum inter eos Principes desæurent bella: aliã paulo post cum rediisssem à Mantuæ Principe, patruo illius, intercedente D. Ferrando: aliam ante hanc locupletiorcm, sed nimis distitam, cum Scotorum Regina, cuius leuimum curaueram; & tamen spe sanitatis adipiscendæ. Post cum sanassem experimento, & gratia inductum. Anno igitur M. D. lix. cum Papiam accessissem, ibi paulo post occasio nata est mortis filij: Durauit tamen vsque ad annum M. D. lxii. Et tunc Bononiam vocatus adij, & munere continuato vsque ad annum M. D. lxx. Pridie Nonas Octobris detentus sum in carcere: vbi præter libertatem amissam, omnia fuere ciuilitate administrata. xi. Calendas Ianuarij M. D. lxxi. hora & die simili qua detentus fueram, scilicet Veneris, & sub crepusculo nocturno, redij domum, sed ita vt domus mihi carcer esset. Itaque vt prima mora fuit lxxvii. dierum ita in domo lxxvi. vniuersa clxii. mansi eodem anno, vsque ad exitum lxx. anni mensis Septembris in fine: inde veni Romam die pugne contra Turcas celebratæ, Nonis Octobris. Nunc vero exactus est, ab ea die ingressus in Urbem annus quartus, à carcere quintus, ex quo vt priuatus dego, nisi quod Collegium Romanum Idibus Septembris me recepit, & Summus Pontifex pensionem exhibet.

CAPVT V.

Statuta & forma corporis.

Statuta diocris: pedibus breuibus, latis prope digitos, dorso eorum altiore, adeo vt vix calceos congruentes inueniam, cogererque antea illos instituire: pectore angusto aliquantulum brachiis admodum tenuibus, dextra manu crassiore, digitisque incomparatis, vt chironmatici rudem esse pronunciarint ac stupidum: inde vbi norunt puduerit. In

ea linea vitæ brevis, & Saturnina vocata longa & profunda: sinistra autem pulchra, oblongis digitis, & teretibus ac compactis: vnguibus splendidis: collo aliquantulum longiore, & tenuiore: mento diuiso, labro inferiore crasso & pendulo: oculis valde paruis, ac quasi coniuuentibus, ni quid intentius aspicio: super palpebram sinistri oculi macula lenti paruz similis, vt nec facile deprehendi queat: fronte latiore, & in lateribus vbi temporibus iungitur capillis nuda, quorum color & barbæ flauus erat, detunfos soleo crines ferre, & barbam breuem quæ vt mentum bifida erat: pars tota sub mento pilis abundabat longis, vt ibi magis barbatus viderer. Senectus barbam mutauit, capillos parum: Sermo altior aded vt reprehenderer ab his qui se amicos mihi simulabant: vox aspera, magna, & quæ tamen profitando non procul audiretur: sermo non admodum suavis & nimis intuitus fixus quasi cogitantis, dentes superiores anteriores magni: color ex albo ruber: facies oblonga, non multum tamen: caput retro in angustum desinit, tanquam in spherulam exiguam. Aded verò rarum est in nobis vt pictores plures qui ex longinquis regionibus venerant, me delineandi causa, nihil inuenire poterint, quo exprimere ita possint vt ex pictura dignoscere. In gutturis parte inferiore tumor velut spherula dura, non admodum conspicua, à matre hereditaria, & deriuata.

CAPVT VI.

De Valetudine.

Infirmo statu corporis plurifariam fui, natura, casu, symptomatibus. Natura enim caput laborauit defluxionibus, modo ad ventriculum, modo ad pectus, aded vt tum maxime sanum me existimem, cum tussi raucedinæque laboro: nam cum ad ventriculum defluit, fluxum ventris, abominacionem cibi efficit: nec semel credidi veneno me tentatum, sed post modum ex insperato salus redibat. Alia destillatio fuit ad dentes, per quam ab anno M. D. lxxiii. cœpi amittere illos confertim, antea non nisi vnum aut duos. Nunc adsunt xiv. & vnus infirmus: sed qui diu durabit, vt reor, malum enim profuit auxilium. Cruditas præterea & ventriculi imbecillitas. At ab anno lxxii. supra, cœpi cum aliquid plus comederim, aut biberim, vel importunè assumpserim, aut quod parum vtile ventriculo, lædi: Auxilium ex secundo de Tuenda sanitate docui. Adfuit & palpitatio cordis in iuuenta, hæreditaria à qua profus liberatus fui arte medica. Hæmorrhoïdes etiã & podagra à qua firmiter aded liberatus sum, vt sæpius quæsierim, non venientem reuocare, quàm cum aduenerit depellere. Enterocœle item, hanc primùm contempsimus: postmodum à lxxii. anno supra pœnituit satis non obuiam iuisse, tum maxime cum animaduerti illam fore hæreditariam à patre: In qua illud contigit admiratione dignum, quod cum ab vtroque latere cœperit, neglecta in sinistro, sponte, ac plenè sanata est: in dextro, diligentius per vincula & alia curata, inuoluit.

Tom. I.

Vexatus quoque perpetuò morbis cutaneis ac pruritu: modo his, modo illis. Inde anno M. D. xxxvi. (quis credidisset?) correptus fluxu vrinæ, & magno etiam, cum annis penè xl. laborem eodem, à lx. vncius ad centum in singulos dies, viuo, nec contabesco (inditio annuli iidem) nec sitio: & multi eodem anno hoc malo correpti adiutore nullo, longè plus perdurarunt, quàm qui Medicorum opem quæsiere. Decimum vigilia anniuersaria penè octo dierum; vere, æstate, autumno atque hyeme: vt penè totus mensis si quando mimus, absumatur in anno, & duo quandoque. Hanc cibi abstinentia in qualitate & duritie, non in quantitate curare soleo, nec vllò anno intermisit.

Morbi autem qui casu superuenerunt, Pestis secundo mense à quo natus sum, inde xviii. anno seu peracto seu currente, non satis memini: nisi quod Augusto mense accidit, & quod tribus diebus fere sine cibo permansit, suburbia & hortos circumdans, vesperi redibam domum, apud amicum paternum Augustinum Lanizarium, edisse, mentiens: quantum verò toto eo triduo aquarum hauserim non dico: vltima cum non possem dormire, cor maxime palpitabat, febris magna, videbar in lecto esse Asclepiadis, in quo perpetuò ascenderem impulsus, atque descenderem: tum existimaui me ea nocte interiturum: interim somno deprehensus, antracèque abrupto, qui superiori dextri lateris (puriz coltz incumbat: materiæque ab initio pauca & nigra eiecta, forte ob impositum medicamentum patrum, quod etiam singulis diebus quater deuorabam, sudor fluxit tantus, vt lecto superato, per tabulas in terram defluerit. Vigesimo septimo anno correptus sum tertiana simplici: in quarta & septima deliquo animi, eaque die liberatus sum. Anno xlv. Papiæ primum podagra lv. febre amphimerina, quæ durauit xl. diebus, crisi per vrinam cxx. vnciarum liberatus sum. xliii. die Octobris anni M. D. lv. Anno M. D. lix. quo Papiam reuersus sum coli dolore per biduum.

At symptomata fuere varia, primùm à septimo anno ad xii. penè vsque surgebam noctu, clamabam, sed nil explicitè: & nisi mater & matertera inter quas dormiebam me apprehendissent, sæpius præcipitatus essem: tamen cor saliebat, ex compressa manu breui subsidebat, id enim status proprium est. Eodem tempore, sed durauit ad annos xviii. si obuiam iuissem vento præsertim frigido, inspirare non poteram; verùm retento spiritu vbi animaduertissem cessabat. Eodem tempore, ab hora qua me contuleram in lectum, vsque ad sextam exactam, à genibus infra nunquam incallescerebam: Vnde mater præcipuè inter alias, negabat me superfuturum diu. Præterea singulis noctibus, vbi incalueram, sudabam totus sudore copioso & calidissimo, vt qui audiebant non crederent. xxvii. anno in duplicem tertianam incidi, quæ soluta est septima die. Post in amphimerinam anno liv. quæ durauit xl. diebus. Anno lvi. mense Nouembri, ex modici acetii sciliciti potu, correptus sum dysuria, valde acri, ieiunavi primùm xxxiv. horis, post alijs xx. & sumpsi abietis lachrymam, & euasi:

A 3 Fuit

Fuit mihi mos (de quo plures admirabantur)
 vt causas doloris si hinc haberem, quærere, vt
 dixi de podagra: Vnde plerumque causis mor-
 bificis obuiam ibam (vt solum deitarem
 quantum possem Vigiliis) quòd arbi-
 uoluptatem consistere in dolore præcedenti
 sedato: Si ergo voluntarius sit dolor, facile
 sedari poterit: Et quòntiam experior me nun-
 quam posse prorsus carere dolore, & si modo
 contingat, subit in animùm impetus quidam
 aded molestus, vt nihil possit esse grauius, vt
 multo minus malus sit dolor, aut doloris cau-
 sa, in qua nulla prorsus inest turpitudine, pe-
 riculumve. Itaque ob hoc morsum labij, &
 digitorum distorsionem, & compressionem
 cutis, ac tenuis musculi brachij sinistri vsque
 ad lachrymas excogitami; quo præsidio sine
 calumnia adhuc uiuo. Naturæ, alta loca ti-
 meo quamquam latissima: & ea ubi suspicio-
 nem rabiei canis habuerim. Laboraui interdum
 etiam amore Heroico, vt me ipsum truci-
 cidare cogitarem; verùm talia etiam aliis ac-
 cidere suspicor: licet hi in libros non referant.
 Demum in adolescentia, tentatus sum
 circiter ad biennium vsque, carcinomatis sus-
 picione: & forsan initium in mammilla sini-
 stra, erat tumor ruber, fuscus, durities, mor-
 sus; hanc sustulere prope iuuentam varices,
 quas in iuuenta subsecuta est, vt dixi palpita-
 rio cordis; à qua hæmorrhoides multo cum
 sanguine, & pruritus ille ac sordities cutis, ac
 planè ita præter spem aut curam vllam leuatus
 sum; quamuis quædam ex his auxilio sustule-
 rim: natura commutante massam morbi.

CAPVT VII.

De Exercitatione.

AB initio, omni genere meditationis gla-
 diatoriz operam dedi, aded vt apud istos
 præferoces, in aliquo numero essem, ludebam
 gladio, & solo, & cum scuto oblongo, & ro-
 tundo magno, & paruo: & cum pugione ac
 gladio, sarissa, hastis, tum vero gladio, &
 pallio factis commodè insiliebam equum li-
 gneum: Noram inermis eripere habenti pu-
 gionem euaginatam: cursu saltu me exerce-
 bam, satis validus in hoc, nam brachijs mi-
 nus obexilitatem. Equitandi, natandi, exo-
 nerandi machinas igneas parum confidens:
 ad eo vt fulmina quasi Deorum iram perhor-
 rescerem. Eram enim natura timidus, artis
 pericia fortis: vnde & in numerum militum
 tumultuariorum adscriptus sum. Noctu etiam
 aduersus decreta Principum, armatus inam-
 bulabam vrbes, in quibus degebam. Die ar-
 matus incedebam soleis plumbeis ponderis
 octo librarum, noctu velo laneo nigro facie
 tectus, calceis ex Endromide. Exercebar mul-
 tis diebus à summo mane ad vesperam vsque
 armatus, sudorèque madidus operam dabam
 musicis instrumentis, nocte tota sæpe ad diem
 vsque vagabar. Vbi Medicinæ operam dedi,
 equis & mulis vectus sum: sed pedibus ma-
 gis, ab anno M. D. lxii. carpento vehi cæ-
 pi Bononiz, Romæque, atque in hoc persto:
 mane exeo carpento, pedibus redeo: leuiori-
 bus vestibus à prandio, grauioribus perpetuo
 dum vehor.

CAPVT VIII.

Vitus ratio.

DEcumbere horis decem, dormire si be-
 ne valeo & rectè, octo, si malè quatuor
 aut quinque, surgere hora diei secunda: si
 vigilia torqueret, surgebam, & deambula-
 bam circa lectum, cogitabam de Orochilia,
 abstinebam à cibo, vel plusquam dimidio:
 medicamentis parum, præterquam populeo-
 nis vnguento vsus sum, vel vrsi adipe, aut
 oleo nymphæarum quibus inungebantur loca
 xvii. femora, pedum plantæ, ceruix, cubiti,
 carpi, tempora, ingulares, cor, iecur, su-
 perius labium. Matutina vigilia distorquebar
 nimis, & prandium semper cœna minus fuit:
 cum post L. annum, marè contentus fuerim
 pane ex iure, & ab initio etiam ex aqua, &
 vuis Creticis magnis Zibibis appellatis. Post
 variè egi: nil minus tamen quàm vt vitello
 oui cum panis vnciis 2. aut parum plus, mo-
 dicoque vini meri, aut sine, prandium exi-
 gerem. Vel si dies sit Veneris aut Sabbati pa-
 ne ex iure charumarum, vel astacorum tentavi
 carnis modicum, nihil melius vitulina solida,
 in olla cocta absque liquore vilo, verum dor-
 so gladiatorum diu verberata, inueni: huic ac-
 quieui, destillare solet per se intinctum, quo
 nullus melior, est enim multo humidior; pin-
 guiorque ipsa carne affata in veru. In Cœna
 ferculo vtor maximè ex beta, aliquando ori-
 za, acetario ex cichorea, sed magis placet fon-
 chus spinosus latiore folio, ex cichorea candi-
 da radix. Piscibus vescor libentius quam car-
 ne., modo boni atque recentes. Carnes soli-
 das amo (& fumen vitulinum & apri) affa-
 tas, & subeliter detritas tenuissimis gladiis,
 placet ignis. In Cœna dulci vino, & nouo
 delector ad quantitatem semi libræ; aquæ du-
 plum, & plus etiam: delector maxime aliis
 Gallinaceorum iuuenum, iecotibus Gallina-
 rum, & Columborum turritorum, totaque
 parte sanguinea. Astacorum etiam fluuiialium
 vsu oblector, quòd mater dum essem in aluo
 tam auide comederit: item Chamis atque
 Ostreis. Præterea libentius & maiore cum vti-
 litate piscibus, quàm cartibus vescor: soleis,
 passeribus, rhombis, gobiis, testudinibus ter-
 restribus, laschis, tum trigliis seu nullis: ca-
 ponibus seu cuculis, cornis, merlucis, id est,
 asellis: spigola, id est, lupo, laterinis, athe-
 rinis: vmbrina, umbra. Ex dulcibus autem
 aquis, Lucii, Cyprinis, Perficis, vtrisque
 laschis, id est, sargonibus: Caudenis, Squa-
 lis: Tarantela, Thymnis, Halecibus salis,
 mollibus, ac duris magis. Mirum quod The-
 linas, id est, chamas vt suaves edamus, &
 sanas Gongolas seu Conchas vt venenosas fu-
 giamus. Item limaces nisi purgatos: placent
 astaci dulcium aquarum, & cætera crustata:
 fassarum nimis dura sunt, Anguillæ, Ranz,
 fungi etiam maligna. Gandeo dulcibus mel-
 le, laccharo, vuis pensilibus, maturis, pepo-
 nibus postquam illorum intellexi Theriacam,
 Ficubus, Cetasus, Perficis, Sappa, nec ab
 vilo horum læsus vsque in præsentem diem.
 Oleo supra modum delector, & sale misto, ac
 mollibus Olinis: ab alio etiam iuuor, sed

fuit consilium : at cupiditas mea gloriæ, inter tot & aduersa, & impedimenta, stolidi non tantum stulta. Non tamen vnquam concupiui gloriã aut honores : imò spreui, cuperem notum esse quod sim, non opto vt sciat, qualis sim. De stirpe scio quã inuoluta sit res, & quam parum prospicere illi possumus. Itaque quã licuit vixi mihi : & in aliquam spem futurorum, præsentia spreui. Ergo si aliqua est excusatio propositi nostri, ea esset, vt intermedio tempore, qualicumque modo possem, superessem. Hæc enim videtur honesta, quæ & si nos fallat spes, vortum tamen naturale cum sit, laude dignum est.

CAPVT X.

De Vita instituto.

IVxta hoc igitur, vitæ genus mihi institui, non quale volui, sed quale licuit : neque quod debui elegi, sed quale opinabar fore melius : nec vnũ & constans cum omnia sint periculosa, dura, & imperfecta : sed quale opportunum vnoquoque tempore vilius est : vnde factum est vt aliena metientibus, varius habitus sim, imò vt dixi inconstans ; vbi enim nulla est certa vitæ ratio, necesse est illos, multas tentare, & per varios anfractus procedere. Finis fuit perpetuitas qualiscunque, vt dixi, haberi posset : non opes, non desidia, honores, magistratus, potentia, verum hoc votum, & successus, & casus, & æmuli, & temporum conditio, & ignorantia mea interpellant, & mihi sanè nullus apparatus ad has res : Et Astrologiæ cognitio quam tum habebam, & vt mihi videbatur, & omnes aiebant, me non excessurum xl. vitæ annum, certè non ad xlv. peruenturum, multum obfuit. Ego interim partim necessitate, partim offerentibus se voluptatibus quotidie, cum rectè viuere deliberarem, delinquebam. Negligens ob malam spem res ipsas : in deliberando aberrabam, & frequentius in opere peccabam. Donec eo deuentum est, vt qui finis vitæ futurus credebatur, viuendi initium fecerit xliij. scilicet annus.

Itaque à voluptate initium sumpsit ætate, natura, curis præteritis, & occasione suadentibus. Manè si profutendum esset, vt Medicinam primùm, post Papiæ longè sapius profitebar : Inde deambulabam in vmbra extra vrbis mœnia : prandebam, Musicæ post operam dabam : inde piscarum ibam iuxta lucos, & sylvas paulum ab Vrbe distantes : studebam, scribebam, vesperi domum me recipiebam : perduravit hoc tempus annis sex, sed heu : *Falsere quondam candidi tibi soles.* Dixit ille : Ingressus post longum illud iter atque honorificum : sed valeant lucra, honores, ambitus illi, intempestiuæ voluptates : perdidit me, perij, creuerunt difficultates atque molestiæ : velut vmbra taxi, vt ferunt : nullam iam restabat solatium, nisi exitiale : sed in hoc genere beatitudo esse non potest, nam secus tyranni qui à beatitudine plurimum absumunt, forent beatissimi. Itaque vt taurus iunctis oculis furens, dum maiore impetu fertur, necesse est vt impingat, & ruat. Impegi igitur

ac tui : Interim & ante hæc, calamitas illa de filio natu maiore accidit. Confessi sunt quidam è Senatu (sed puto non de seipsis intelligi voluisse) ea spe damnasse illum, vt dolore interirem, aut insanirem, ab vnoque quam parum abfuerim, Superi norunt (& ego suo loco enarrabo) sed non successit. Volo vt intelligas (nam Parerga adiunctum est) quæ tempora, qui mores : nam certus sum me neminem ex illis offendisse, ne vmbra quidem. Meditatus ergo sum defensionem qualemcumque pro filio illo : sed qui valere poterat, tam exulceratis quorundam animis ? Ego memoria doloris filij percussus, imminetium attonitus, præteritorum enervatus, futurorum anxius ; sic tamen exorsus, vt commemorata rem Senatus humanitatem, æquitatem, misericordiæ exempla ; laudabatur eius benignitas ac simul factum Io. Petri Solarij tabellionis, qui cum filium spurium conuictum haberet de veneficio, in duas sorores legitimas, solum hæreditatis consequendæ causa, satis habuit damnasse illum ad triremes. Laudatur Augustus in interrogatione, Non tu patrem occidisti ? Deinde quæ scuitia occidere patrem innoxium, & decrepitum in filio ? si dignus habitus est pater beneficio damnati ad bestias, quanto magis in alterius facto ? Quid possunt merita humani generis, si singularis virtus innocentia, tam crudeliter plectatur ? An non maius est plectere patrem supplicio filij, quàm proprio ? si occidar vnus perit : paulò post sine alio fructu moriturus : si filium occiditis, spem successionis amputatis : Fingite totum humanum genus vobis supplicare pro filio eius, cui omnes debent : adolescente irato, tot incommodis laborante, dedecore summo affecto, decepto, propter vxorem sine dote : mulierem corruptam sine pudore, patre inuito & inscio conductam, quid facturi estis ? At non supplicant, non norunt ? nemo est tam acerbus meus aut illius hostis, qui non vltro sit condonaturus vitam illi, cuius mors, etiam inferos ad commiserationem sit prouocatura. Hæc & alia huiusmodi cum protulisset, non valere tamen, nisi eovsque, vt decretum sit, si impetrare pacem potuisset, vitæ parceretur. Sed non potuit filij stultitia, qui dum iactat opes quæ non sunt, illi quod non erat exigunt. Sed mitamus hæc in eo instituto à prima ætate mansi, vt vitæ consulerem : studia autem Medicinæ, magis huic proposito conducebant, quàm legum : & vt propiora fini, & vt orbi communia toti : Et omnibus sæculis : tamen vt candidiora, ac quæ rationi (æternæ naturæ legi) non hominum opinionibus inniterentur : idè hæc ipsa amplexatus sum, non Iuris prudentiam. Tum præcipue, quodd, vt dixi, amicorum huiusmodi amplexus, opes, item potentiam, atque honores, non solum aspernaret, sed refigerem. Verum pater cum deserit studia à me Iurisprudentiæ, vt Philosophiam sequeretur animaduertit : fleuit me præseate, indoluit quod non eisdem studiis incumberem : nam nobiliorem disciplinam (& id sæpe ex Aristotele iactabat) arbitrabatur, quæ esset ad opes & potentiam apicior : tum etiam ad totam familiam euehendam : Quod munus profutendi institutiones in vrbe ipsa cum honorati

fario centum coronatorum, quo iam tot annis gaudebat, non in me (vt sperauerat) tranſitum intelligebat: ſed alium hæc in cauſa ſuccellurum videret. Nec eius commentaria peruentura eſſent, nec à me illuſtranda forent. Illuxerat enim paulò ante ſpes quædam gloriæ, quòd cum emendaſſet commentaria Ioannis Cantuarienſis Epilcopi in Opticam ſeu Perſpectiuam, catmen typis euulgatum ſit huiusmodi.

Hoc Cardana viro gaudet domu: omnia nouit Vano: Habent nullum ſecula noſtra parem.

Quòd potiùs augurio quòdam fuit illis, qui laboribus ſuis profecturi eſſent, quàm ipſi, qui vltra Iuriſprudentiam, quàm ſatis vt audiui inſigniter excoluit, in Mathematicis ſolum rudimenta tenuit, nihil noui excogitauit, nil ex Græca lingua tranſtulit: Quòd ei potiùs ex varietate ſtudiorum, & inconstantia propoſiti accidit, quàm quòd naturæ muneribus deſtitueretur: aut ignauiæ, vel iudicij defectu, quorum vitiorum nullo laborauit. Ego autem tum voto firmo propoſito, tum rationibus adductis, tum quòd parum illum etiam abſque impedimento profeciſſe viderem, & alias etiam ob cauſas, innotus ad illius adhortationes manſi.

CAPVT XI.

Prudentia.

Melius eſt nonnunquam, etſi non tam bene eligas, in propoſito perſiſtere, quàm optimè eligendo poſtmodum variare: Et ſi aliud non eſſet quàm alacritas ſtudiorum & humanarum rerum inconstantia, fluxus atque inanitas: Itaque conſtituta mihi difficillimæ rei ratione, vt ſimul de meipſo, & de prudentia agerem, intellexi non ſolum alia, ſed & hoc ipſum facillimum eſſe. Primum quòd cum ſint varij rerum fines, varijque eligant quæ magis placent, tot ſunt modi, caſus, ſubiecta, occaſiones, vt ne quis merito me reprehendere audeat, niſi qui ſe melius noſtra tenere quàm ego, atque propoſitum (quod omnino eſſe non poteſt) profiteatur. Eo adhuc ſuppoſito, quis modus melior adipiſcendi, & ſi liceat: Et hoc maius eſt cogitatione noſtra: inde quis commodior? Poſt quis retinendi adeptum? Demum quomodo adeptu vti liceat? Iam ab initio teſtatus ſum, quàm parum valuerim in *Cardia* ſeu *Optica*, nam & ſi hæc prudentiam ſolum ſignificent, idem tamen eſt ac ſi dicamus (humana prudentia) quòd nulla res ſit quam ſciamus, prudentiam quæ habeat, præter homines ſolos. Diui enim aliquod melius habent ſcilicet intuitum, animalium cæterorum nullum: De Harpocratica cum aliud genus ſit, ſermo non eſt: igitur res prudentiæ ita ſe habuit. Specie autem aliis aliud viſum eſt, omnia ab ingenio ſuo merentibus: verè humane illius manuſuctudinis atque ſagacitatis parum habere, habuiſſeque me intelligo, quòd parum etiam propoſita à nobis ſupra, vitiantur.

CAPVT XII.

Diſceptandi & profitendi ſtudium.

Tanto ardentior & efficacior in hoc fui: Bononiæ fermè ſemper extemporaneè profeciſſus. Inde quibus cum diſputaturus eſſem, non audebant, & tridua illa diſceptatio Papiæ cum Camutio inſtituta, publicata apud Senat. m: ipſe primo argumento primæ diei ſiluit: vel iudicio etiam omnium æmulorum qui intererant: Habentur eiuſdem imagines quædam typis excuſæ in Camutij monumentis: Adeò verò hoc notum fuit omnibus, vt non iam de argumenti ſubiecto, ſed de vi quæ inexpugnabilis videbatur diſputarent: & adhuc credo viuat ea diſceptatio: Branda vt dixi præceptor meus arti & ingenio tribuebat: æmuli Dæmoni: alij magis veriſimili coniectura, meliori cuidam cauſæ ac perfectiori. Neque enim Mediolani, aut Papiæ, vel Bononiæ, neque in Gallia, nec Germania ab annis xxij. citra, aut contradicteorem, aut diſputatorem inueni: nec ego gloriator de hoc; nam puto ſi lapis eſſem, idem facturi eſſent. Non hoc enim eſt naturæ meæ vel excellentiæ priuilegium, ſed illorum quòs congregari debent, tenebrarum, nec ſi delphinem ſæpia inuoluat, & fugere cogat, gloriolum ſæpiæ eſſe debet: ſed conditio natalium. Angelus Candianus coram multis eruditis, cum argumentatus eſſet, & ego reſpondiſſem: inde vellem vicem ei reddere, non erubuit dicere. *Ego me velle argumentari teſtatus ſum, non tibi reſpondere.* Et erat Medicus eruditiffimus, qui primas apud Principem noſtrum in patria, & apud Pannoniæ Reginam in Belgio obrinuerat partes: vir maximæ auctoritatis, & ſi quid ad rem facit, opulentus. Vnde cum profiterent ſimplicitatem, & imperitiam, multj dicebant de vno ſcimus te mentiri, & eſſe peritiſſimum, de altero dubitamus, cum non videamus, quorum tendat verbum illud de imperitia? & maximè ab homine qui profeciſſus ſit toties, nunquam mentiri. De profitendi exemplo inimitabili, iam deſiit eſſe mirum, quod in poſituo eſt (vt Grammatici dicunt) cum in ſuperlatiuo factum ſit familiare. Nec experimentum videre velle tentantur, nec deſiit eſſe Sol cum obducta eſt nubes profunda. Nec diſcruciari debes, cum tibi tot egregia lumina ſint in cubiculo, ſi qui foris ſunt nolunt videri: neque enim timendum vt res diuina intear; nam flores exorientem Solem adorant, Garamantes execrantur: vbique enim non ſolum diuina prouidentia eſt, ſed vis æterna lucet. Poſt de profitendi munere extemporaneo non ſolum ſemper præſtiti, ſed alios etiam docui: Et cum tantus in his videri poterim; neque in ſermone gratia, nec in perorando facultas, vt quicquid additum ex vna parte putes, tantumdem ex altera adeptum videas. Namque in diſputando adeò acris fui, vt omnes mirarentur exemplum, deuitarent experimentum: itaque vacuus ab hoc onere diu vixi, ſed non magis, quàm cum duos vidiffent præte. ſpem caſus: vnum Papiæ, inſeruerat ſe Branda Porrus præceptor olim meus in Philoſo

lophiā, disputationi ordinarię, quācum Camurio habebam in Philosophia: namque vt dixi sapius ad eam me trahebant, existimantes in Medicina nullam superesse glorię spem, adducebatque Aristotelis auctoritatem: tum ego, cūm referret verba, dixi, *caue, quia deest (non) post album, & est contra te*, exclamauit Branda, non profecto, ego meo more pituitam quę abundo exercens, lentē contra dicebam, donec ipse iratus mittit pro Codice, postulo ipsum, dati iubet: lego vt iacet, ille suspicatus me sublinire os, arripit librum ē manibus, exclamans velle fallere auditores, incipitque legere, vt aduenit ad verbum illud, legit, siluit, obstupuerunt omnes: qui aderant coniectis in me oculis, mirabantur. Accidit autem per eos dies vt Branda Mediolanum iret, res scripta erat Senatui: interrogant an verum esset; vir sincerus & probus, certē respondit nimis verum est, credo quod ea die essem ebrius, Senatus conticuit labris distētis. Alterum Bononię cum Fracantiano primo professore in praxi Medicę artis: cum venisset in contentionem de meatu fellis ad ventriculum, & recitasset Gręcē coram tota Academia (dissectio enim Anatomica exercebatur) dixi *desist* ē. tum ille non profecto, cum ego quietius affirmarem, exclamant discipuli, miteatur pro Codice: mittit ille latus, statim affertur, legit, inuenit vt dixeram ad vnguem, siluit, obstupuit, admirabatur, sed magis etiam discipuli, qui eo me per vim traxerant, ex illa die, adeo congressum meum fugiebat, vt monuerit famulos, vt me venientem ostenderent, atque ita deuitabat ne in via occurreret. Cumque semel per dolum assidenti Anatomię superinduxissent, aufugit, & togę implicitus pronus cecidit, ex quo omnes qui aderant obstupebant, & ipse paulo post discessit, cum esset conductus ad plures annos.

CAPVT XIII.

Mores, & animi vitia, & errores.

Difficillimum cūm per se sit omnium hoc argumenti genus, tum multo magis cogitantibus nobis, illos qui legere sunt assueti propriam vitam scribentium Libros, non sinceram narrationem ab illis traditam videre, vt nos hic narramus, sed alios qualis esse debuerat: literis mandasse, vt Antoninus: alios vera tradidisse quidem, sed erroribus suis suppressis, vt Iosephus; at nos malimus veritati in hoc inseruire, haud ignari, non habere excusationem vllam, qui peccat in moribus, quęadmodum in ceteris: Quis cogere potuit: an ergo vnus ero ille leprosus, qui ex decem sanatis solus ad Dominum rediit, eā ratione Medici, & Astrologi morum naturalium causas in primas qualitates, voluntariorum in educationem, studia, conuersationem, referūt. Hęc omnia omnibus insunt, sed proprie congruentibus ætatis, perturbationes quoque ex iisdem tamen casibus: itaque delectum in his habere oportet: præcipue ergo de his dicendum est, mihi, & eatenus quatenus conuenit illud *quod natura mea*. Me ergo natura mea non latuit, iracundus, simplex, veneri deditus:

ex quibus tanquam principiis etiam profluxerunt sęuitia, pertinacia contentiosa, asperitas, imprudentia, iracundia, vltionis desiderium etiam vltia vires, nedum prona voluntas: vt illud placeat quod multi damnant, verbo saltem. *At vindicta bonum vita iucundius ipsa*. In vniuersum nolui aberrare in me, quod dici solet, *Natura nostra prona est ad malum*. Et si verax, meior beneficiorum, amans Iustitię, & meorum, contemptor pecunię: Glorię post obitum cultor, mediocritia etiam nedum parua omnia spernere solitus: cūm tamen sciam quantum minima afferrent momenti ab initio, occasiones nullas contemnere soleo. Natura ad omne vitium, & malum pronus, præter ambitionem agnosco imperitiā meam si quis alius. Cæterum Dei ob venerationem, & quod omnia hęc vana quantum sint dignosco, occasiones oblatas vltionum etiam consulto neglijo. Frigidi sum cordis timidus, & cerebri calidi, additijs cogitationi perpetuo: multa ac maxima, & etiam quę esse non possunt reuoluens: duobus etiam simul negotiis mentem adhibere possum: qui garrulitatem & immerentiam in laudes meas obiciunt, non de meis vitiis, sed alienis me accusant; repugno, non oppugno quemquam. Quid enim est vt laborem propter hoc, cūm inanitatem huius vitę toties testatur sim? quę est excusatio, laus ab eis dicitur, tam magnum putant non esse scelestum. Assueui vultum in contrarium semper efformare; ideo simulare possum, dissimulare nescio: sed hoc facile, si ad habitum nihil sperandi conferatur, cui adipiscendo xv. perpetuis annis, maximo labore incubui, & obtinui. Itaque propter hęc pannosus quandoque incedo, alias ornatus, tacitus, verbosus, lætus, tristis: omnia enim reduplicant his ex causis. In iuuenta parum, & raro caput curabam, ob auiditatem incumbendi portioribus: in eundo inæqualis, celeriter tarde: Domi cruribus ad talos vsque nudus: Parum pius, & lingua incontinens: maxime irarus, vt pudeat & tædeat mei. Et licet pœnitentia dicerer, lui tamen graues, vt dixi, omnium pœnas: vt vitę Sardanapalę, quam anno quo præfui gymnasio Patavino egi, flagitia purgauerim: vt laus sit in probro, & virtus in crimine sapienter, & patienter tulisse atque emendasse. Excuset dicentem me necessitas, nam si dona Dei præterire voluero, ingratus ero si iacturam quam acceperim enarrare absque vitę genere, & tū magis: Tum verò maxime, quod, vt dixi, nostra hęc non tantū sunt æstimāda, quanti vulgus facit, inania, vacua, & statim velut vmbra illę in occasu solis adeo grādes, sed nulli vsui, breui desitura. Hęc si quis non intuidiosē æstimare voluerit, & meditari quod modum non licet opponere: Quo animo, necessitate, occasione, quantum doloris ex his contraxerim. Quod alij nullo impedimento affecti, admittunt deteriora etiam multo his; non contentes vel priuati, nedum publicę, non beneficia accepta commemorantes; imò nec eorum vix memores: forsan æquiores mihi in indole erunt. Sed pergamus: illud inter vitia męa singulare & magnum agnosco, & sequor, vt libentius nil dicam, quā quod audientibus displicear: atque in hoc sciens, ac volens persevero: neque ignoro quantum

quantum mihi inimicorum, vel hoc solum conciliet: tantum potest natura longæ consuetudini coniuncta! Hoc autem in meis benefactoribus deuiro, atque potentibus: sufficeret non adulari, saltem non blandiri. Sed & non minus incontinens in vita cum noscerem optimè quæ sequi expediret, & oporteret: vixque alius in huiusmodi errore, atque pertinax facillè inuentus esset. Sum etiam solitarii quantum possum, quamuis hoc genus vitæ ab Aristotele damnatum intelligam: inquit enim *homo solitarius, aut bestia, aut Deus*; at huius causam reddidi. Simili vecordia, nec leuiore damno, eos retineo domesticos, quos mihi non solum inutiles, sed etiam opprobrio esse intelligo: aded vt etiam animalia dono accepta hædos, agnos, lepores, cuniculos, ciconias, vt totam defædarent domum. Amicorum etiam penuria, & maximè fidorum laboraui: Et multa, imò plurima admisi errata, quod quæcunque sciebam, seu parua, seu magna, seu opportunè, seu importunè, vbicunque intermiscere volui; tum etiam aded, vt quos laudare proposueram læserim, inter quos Præles Luterianus vir eruditissimus Aemarus Ranconetus natione Gallus: atque in hoc, præcipiti non solum consilio, & rerum atque occasionum alienarum ignorantia (quas certè difficilè vitare fuisset) actus sum: sed quod certis illis rationibus quas postmodum adinueni, & ciuiles homines magna ex parte norunt, non innixus sim. In deliberando celer nimis, & penè præcipitis ob hoc consilij, & in quouis negotio impatiens moræ: Id verò obseruantes æmuli vt difficilem capti, si tempus habeam, non aliud magis agunt, quam quod vrgent, & ego illos manifestè deprehendo, ac vt æmulos caueo, & vt hostes mihi habendos (qui sint) censeo. Quod si non consueuissim, non pœnitere, vilius rei quam voluntariè effecerim, etiam quæ malè cessisset, prorsus vixilem infelix: verumtamen causa plerunque malorum fuit filiorum stulticia summa, non sine flagitio, & agnatorum socordia, atque inuidia in suos, peculiare vitium familiaricèt municipalibus plerunque commune. Deditus fui etiam immodicè ab ipsa adolescentia ludo latrunculorum: quo etiam Francisco Fortiæ Mediolani Principi innotui, & nobilium amicitiam multorum mihi comparauit. Sed cum multis annis, ac penè xl. assidue illi incubuerim, quantum familiaris rei iacturam passus sim, compendio nullo, non est facillè dictu. Sed alea etiam longè deterius cessit, filiis ad aleam instructis, & domo aleatoribus sæpè patefacta: Nec vlla mihi nisi ieuus huius facti excusatio relinquatur, natalium paupertas, cum ego ad huiusmodi solertiam, non prorsus ineptus essem. Hic mos mortaliu, sed alij nolunt dici: alij etiam non patiuntur, vt tum ne meliores aut sapientiores? Quid si quis alloquatur Reges, & dicat, nemo est vestrum qui non pediculos, muscas, cimices, vermiculos, pulices ederit, & fædiora etiã stercora ministrorum? quo animo accepturi sunt, quanquam verissima? Quid est hoc, nisi ignorantia conditionis, nolle scire quæ scimus, & rem vi velle comprimere? ita de peccatis, & reliquis omnia fœda, vana, confusa, inconstantia: & vt in arbore mala putrida, ca-

duca: non ergo quidquam noui attuli, sed nudaui veritatem.

CAPVT XIV.

Virtutes & Constantia.

Cum multa sint in quibus homines aberrant, nulla tamen in re magis, quam in constantia nomine hallucinantur. Primum quidem, quod quæ vera est diuini muneris sit, altera potius stupidorum aut amentium. Quæ quis vt inanem, & prorsus stultam irriserit in Diogene, cum æstate in Sole, atque feruenti se inuolueret: hyeme gelidas columnas nudus amplecteretur. Virtus contra fuit egregia Bragadini patritij Veneti, pati ea, quorum nec insolentium victorum quiscquam minister esse voluit: Ea immortalis gloria digna viuam decorari, & si diuinum munus fuit potuisse ferre, humanum certè voluisse. Et quamuis circa aduersa clarior emineat, non rarius tamen in secundis occasionem sortitur, vt digna sit admiratione. Et rursus si etiam quibusdam occasio desit, non tamen ob hoc illi minus constantes haberi debent. Tot modis igitur, cum in hac virtute errare contingat, nec gloria quod pertulerimus, nec vituperationi quod occasio defuerit tribui debet, nec nostrum censere quod natura negatum est. Neque id nos defendimus, quod occasiones aliqua in parte defuerint, cum nemo tam nobis infensus, tam iudex iniquus fuerit, qui non magis patientiam in aduersis, continentiam in prosperis admiratus sit, quam criminari dederit, seu iucunda aspernando, seu difficilia tolerando. Dico voluptates, spectacula, morbos, imbecillitatem virium, æmulorum obrectationes, successus parum felices, lites, oppugnationes, minas potentium, suspicionem quorundam, confusionem familiarum, defectum multarum rerum, denique dissuasionem quorundam, seu amicorum verè, seu sub specie illorum, tum pericula ob tot hæreses quæ ingruebant: inde verò quauis bona fortuna, aut tot felicibus successibus, nunquam mutari mores, nec asperior factus, nec ambitiosior, nec magis impatiens, nec contemptor pauperum, nec oblitus veterum amicorum, nec durior in conuersatione, nec elatior in verbis: nec vestibus vsus preciosioribus, nisi quantum ex persona quam gerebam coactus fui, vel quia vt dixi ab initio nimis obsoletis ob paupertatem vsus essem. In aduersis tamen non aded natura constans, quippe quædam imparia viribus ferre coactus sum, ad quæ arte naturam vici: nam in maximis animi doloribus crura verberabam virga, sinistrum brachium mordebam acriter, ieiunabam, leuabar fletu multum, vbi contigisset flere, sed sæpè non poteram; ratione autem pugnabam, dicens, nihil nouum aduenit, sed solum tempus mutatum est, & anticipauit: numquid poteram non carere illius aspectu, & consuetudine perpetuò tempore? at subtracti sunt aliquot anni? quanta pars hæc temporis si ad æternitatem conferatur? Denique si paucis annis superuixero, parum amisi: si pluribus longior vita videbitur mihi, & plura forsitan conuenient

uenient per quæ leuabo dolorem, & illius æternam gloriam reddam: Quid tandem si is natus non fuisset. Verum impar dolori, vt infra dicemus, diuina benignitate, & manifesto miraculo leuatus sum. In actionibus etiam constantior, & maxime in scribendis libris, adeo vt oblati occasionibus optimis ab instituto non recesserim, sed in priori negotio persereram, quod imitationem propositi in patre plurimum ei obfuisse animaduertentem. Non puto quemquam improbatum, quod cum essem receptus in Academia Ticinensi Affidatorum, in qua erant non pauci Principes & Cardinales primarij, quam etiam ob timorem receperam, nec absens tamen reieci, nec ab ea me exemi: Verum Regi cum insignibus dum exhiberentur, me subtraxi: dicens huiusmodi pompam mihi haud conuenire. De virtute autem non est, vt aliud dicam quam quod Horatius:

Virtus est vitium fugere.

Amicitiam numquam abrupti: neque si contigerit abrupti, eorum quæ in amicitia contigerunt, vel arcanum patefeci, aut illis obieci; quin etiam nihil alienum mihi adscripsi: in quo genere Aristoteles aliquantulum, Galenus ad turpem vsque contentionem peccauerunt: adeo vt Platoni soli hac in parte cedam; testimonium ex Vesalio modesto viro, qui paruis contentionibus à Curtio exagitatus, nullibi eius mentionem facere voluit: cum nos bonarum literarum tantum amore (quamuis ab eodem Curtio de furto accusati, quod pignus retinerem pro sponsione pecuniarum quam sine teste fecerat) non eruditioni eius inuidi; quo factum est, vt eo Pisas se conferente, Senatus cum interrogaret, an ego illius loco substitui possem, respondit nullus melior: cumque illi scirent nos haud reconciliatos esse, profitendi munus mihi tribuerunt. Illud ad virtutem pertinere haud dubie existimo, numquam à iuuenta mendacium dixisse; paupertatem, calumnias, tot aduersa patienter tulisse, numquam potuisse merito ingratitude vel insimulari: sed hæc nimis.

CAPVT XV.

De Amicis, atque Patronis.

AMicorum ex adolescentia primus Ambrosius Varadeus Latrunculorum ludij, & Musica & similitudinis morum: post Prosper Marinonus Papiensis; Octavianus Scotus Mediolanensis, à quo sæpe pecunia mutuo accepta adiutus sum, inde Gaspar Gallareatus. In Saccenti autem oppido, arcta amicitia cum Ioanne Maria Mauroceno patricio Veneto, & Paulo Illyrico Pharmacopola: Post reditum, cum Philippo Archinto Mediolanensi Archiepiscopo, per quem Ludouico Madio cuius ope & indigui, & adiutus sum. Præter cæteros Hieronymi Guerrini Gemmarij Mediolanensis, à quo multa didici arcana, quæ in libros, non vt qui à libris subripiunt contuli: & per eum Francisco Belloto Florentino insinatus sum: post Francisci Crucel Iuriconsulti egregij viri probi, & Mathematicarum periti, à quo multum adiutus sum

in causa Collegij: per Donatum etiam Lanzam Pharmacopolam, amicitia Francisci Sfondrati Senatoris Cremonensis, qui postmodum Cardinalis euasit: per hunc autem Præfecto criminum, & ipsi Cremonensi Io. Baptista Speciaro, viro erudito, & virtutis singularis: per quem innotui etiam Alfonso Daualo Prouinciæ Proconsuli, & militiæ Cæsareæ Duci. Per Sfondratum quoque munus profitendi Papiæ Medicinam adeptus sum. Inde in amicitiam receptus Andrea Alciati, illius admirabilis Iuriconsulti & Rhetorici: tum in eius agnati Francisci, qui nunc Cardinalis est: post duorum Cardinalium Io. Moroni viri magnæ sapientiæ, ac Petri Donati Cæsij, quorum trium Mæcenatum patrocinio res mea stat. Et cum his quartus est Christophorus Madrutius Cardinalis Tridentinus, è Principum Illustrissimo genere, beneficiis erga nos, & liberalitate in cunctos nemini secundus. Post quos vt ad pares etiam amicos redeam, Panætij Beneuenti Aretini viri optimi familiaritas, mihi omni auro dignior visa affulsit, ipsa per se propria virtute constans. Tum Thadæi Mallæ venerabilis Antistitis Romæ, ac singularis prudentiæ & integritatis: Antea verò Io. Meonæ à secretis Gubernatoris Prouinciæ Dom Ferrandi Gonzaghe, similiter militiæ Cæsaris Ducis. Sed & cum Carolo Bonromeo, & Marco Antonio Amulio Veneto Cardinalibus singularis virtutis, totque aliis vt referre longum esset: quippe vbi opera, & auctoritate Bonromei, & Alciati Bononiam veni Medicinam professurus, cum Senatu illo toto Illustrissimo amicitiam contraxi: Sunt enim nobiles illi mirum in modum officiosi, humani, atque prudentes splendidi que. Ex Medicis duos inculpatæ vitæ, eruditionis haud mediocri, & ambos Murinenses Camillum Montagnanam, & Aurelium Stagnum: Melchiorem præterea de Valle Mediolanensem, & Thomam Iseum Brixianensem, singulari beneuolentia prosequutus sum, grauius etiam ex hoc susceptis inimicitis. Ex Anglis purpuratis Ioannem Checum institutorem tenerioris ætatis Regis Odoardi sexti, & Claudium Laualum Gallum Legatum Regis sui apud Anglos, Principemque Badolfiz. E nostris etiam ciuibus, non parum debeo singulari virtuti Ludouici Tabernæ Præfecti Urbis sapientissimi. Ex Professoribus Franciscum Vicomercatum Mediolanensem Philosophum, & suspexi Andreæ Vesalium in Anatomica arte primum: duos quoque amicos paternos in pueritia colui, Augustinum Lauizarium à libellis Senatus Comensis, & Galeazium de Rubcis fabrum, cuius mentionem sæpius fecimus: sed & Franciscum Bonafidem medicum Patauinum de quo etiã alias: multorum quoque eruditorum virosum, & amicorum mentionem prætereo, quod sine hac noti sint Orbi, eruditione sua: vt quod testatus sum de gratia experimento videatis, non oblitum eorum, quibus quantum in me est vitam nomini suo, præfenti testimonio daturus sum. Subiiciam ergo, & Guilielmum Choul, Præfectum Monrium Prouinciæ Narbonensis seu Alobrogum: virum doctum, & Bonifacium Rhodiginum Iuriconsultum Astrologumque egregium: velut & Georgium Porium

Porrum Rheticum, & Lucam Iustinianum Genuensum: Gabrielem Aratorem Caraugensem Arithmeticum insignem. Verum singularem cum Ioanne Petro Albutio Medico & Professore Mediolanensi, ac M. Antonio Majragio, item Mario Gessio Bononiensi amicitiam contraxi: Laurentium quoque Zehener Carinthiae medicum, sed & Adriani Belgae singularis fuit fides erga me, & multiplex officium, ac beneficium. Patrocinium autem Principis Matellicae diuinius fuit, estque maius, quam ut humano argumento partum videri possit: Omitto nunc animi illius singulares virtutes Rege dignas: peritiam omnium rerum, ac disciplinarum, amoenitatem ingenij, benignitatem, quid incrementa fortunae, splendorem patris, ac sapientiam humano fastigio maiorem, memoriam in utroque animu & beneficiorum, & coniunctionis pristinae: quid in me erat, quod allicere poterit ad eiusmodi mansuetudinem? non beneficia collata, non spes ex me concepta, senex, fortuna defectus, iacens, non ego vir gratiofus: si quid esse potuit, sola opinio probitatis. Hos quales existimetis viros an Deos potius? qui tantum amori studiorum, simplicitati morum, grato animo atque fideli: aeternitatem humanis, laude dignis conatibus ac coeptis tribuerunt, quantum quisque alius potentiae, spei, beneficiis, consuetudini diuturnae, atque blanditiis impertiri solet.

CAPVT XVI.

De inimicis & amulis.

Non eandem inibo rationem, in enarrantis nominibus inimicorum aut amulorum, tam studiosè ut amicorum: quippe Galenum non parum errasse puto, qui Thesallum dum nomen eius proterit, aliquem esse docuerit: & cuius rationem haberet. Et si non ignauus sit, melius est reconciliari si iniuriam accepisti: aut non vlcisci: aut potius factis quam verbis: ergo amulos non solum spernere didici, sed eorum vanitatis misereri. Eos qui clam egerunt suo facto se miseres testantur, qui aperte si ius æquum est, accusandi.

CAPVT XVII.

Calumnia, diffamatio, insidia ab accusatoribus.

Insidiarum duo genera sunt, vnum quod ad famam pertinet, & honores de quibus nunc agere institui, aliud de quo infra: nunc cum de insidiis, & maximè occultis agere decreuerim, si modo paterent non adè occultae fuissent, si magnae, difficilè fuisset occultare eas; partiarum stulta est curiosa observatio: quapropter quatuor tantum narratione contentus ero. Primae quae accidit dum Bononiae accersendus essem, miserunt hostes nominis mei quandam à libellis, Papiam, qui neque auditorium vidit, nec discipulos consuluit, sed nescio vnde, in hæc verba rescriptit, seu potius

Tom. I.

sententiam, cum quædam de alio miracula enarrasset, puto, quod non speraret illum venturum: *De Hieronymo Cardano intellexi illum sine scholaribus profiteri, sed sedilibus: hominem malorum morum, & ingratorum omnibus, qui à stultitia non absit: moribus sanè deformem; quin etiam artem medicam parum peritum, & opiniones quasdam in ea sectantem: ut in urbe sua nemini acceptus sit, nec artem exerceat.* Legebantur hæc à Nuncio Bononiensium, coram Illustrissimo Bonomeo urbis eius Legato Pötificio, iamque deliberauerat negotio finem imponere, sed cum inter legendum, verbum illud audissent, quod artem non exerceat, vnus ex his qui aderant, Hui inquit, ego noui hæc non esse vera, namque summos viros vidi opera sua uti, & ego quamquam non summus vir, vsus sum; arripuit verbum Legatus, & ego sanè testari possum, matrem meam iudicio omnium aliorum deploratam sanasse: Tum alter subdidit, profectò, & reliqua tam vera esse debent, quam hoc ipsum, assensus est Legatus, nuncius ille obmutuit, & erubuit. Conclufum igitur est in hanc sententiam, ut vno tantum anno, postquam de hoc actum est, iam munus profutendi subirem, si eiusmodi erit qualem scripsit is, aut aliter parum vtilis Academiae & Urbi, sinamus eum sibi conditionem querere, sin seculus poterit in posterum firmari pactu, & statui de stipendijs, de quo est contentio, assensus est Legatus, atque ita conclufum est. Non eo contenti delegatum à Senatu impulerunt, ut conditionibus in quibus conueneramus, alias adderet quas cum obtulisset nolui recipere: summa stipendij minor, non locus promissus in profutendo, nullae pecuniae pro viatico, quibus cum non assentiret, coactus est redire, atque reuerti cum omnibus conditionibus propositis. Et quamquam talia impedimenta videantur, plurimum obesse, hoc opinione falsa hominum accidit: Cum enim fines mortalium actionum breuem ad interitum spectent, nedum ut perpetui sint: satis sapienti si ad ea spectet, nedum ut curet: media verò prorsus nihil: ne somnij quidem vmbra, ut cuius in suis actionibus spectare, ac clare videre licet: & ideo penitus contemnenda, cum ad fines comparantur, ad vnguem similia ludis puerilibus cum nucibus vniciue, ut si eorum exitum, ad lauream, vel magistratū, aut etiam regnum quod ei obuenit homine iam facto, pertinere putet conexu aliquo, ut causa, aut similitudine, obne stultus planè erit. Post hæc dum profiteretur, hac arte auditorium subtraxerunt, horam constituere penè prandij, scholam ea hora vel paulo ante alteri dederunt, & de tribus quas ego offerebam conditionibus, ut vel celerius vellet incipere, atque ante absolueret: aut mutaret scholā, ut in assignata ego liberè possem profiteri: aut vicissim ipse profiteretur in illa, ego aliam deligerem; cum vidissem in omnibus reluctantem, iam impetraueram in noua electione, ut ipse alicubi profiteretur: hinc dolor, hinc lachrymæ, interrupit casus accusationis succedens, ut neque ego tot conspirationibus succubuerim, neque illi profutentem quem oderant videre cogentur. Demum sub conductionis spe, voces sparserunt, & maximè apud Moronum Cardinalem, me exiguo cum auditorio profiteri, quod quaquam non omnino

B verum

verum esset, quinimò ab initio Academia multos, & usque ad dies ieiunij haberem auditores, tot tamen oppugnatus amulis, tot insidiis, demum vi ut dictum est cedere fortunæ virtus: ergo cum Cardinales specie honoris mei persuasissent, ut sponte cederem muneri: effecerunt ut ille hoc ageret, itaque peracta res est, illorum qui tantum concupierant obsequio maiore, quam felici euentu.

Porò de calumniis, de falsa infamia, non est quod dicam: tanta, tam assidua, tam stulta & absurda, ut non nisi quæstus rumores, non intentatas accusationes constet: palamque sit, deterius illos propria conscientia, ex cruciatos esse, quam mihi obfuisse: quin imò & maius tempus condendis libris reliquerunt, & nomen ampliarunt, & vitam producerunt, dum nimios illos labores subtrahere, & voluptatem, & scientiam multorum arcanorum peperere: Idque soleo dicere, & semper in ore habere, non odisse illos, neque etiã dignos aliqua poena quòd obfuerint, sed obesse voluerint. Quæ autem acerbiora, antequam Bononiæ conduceret aggressi sunt, inferius etiam exponam cap. 33.

CAPVT XVIII.

Delectatio.

Delectant me gladij parui, seu styli scriptorij, in quo plus viginti coronatis aureis impendi: multas etiam pecunias in varia penarum genera: audeo dicere apparatus ad scribendum, ducentis coronatis non potuisse emi. Præterea gemmis, vasculis, canistris æreis, & argenteis, vitreis quoque sphaerulis depictis, libris raris, natatione parum, piscatione plurimum, cui quoad Papæ massi opus dedi, atque vtinam non mutato proposito. Historiarum præterea lectione præcipuè, & in Philosophia, Aristotele & Plotino, Mysticisque illis inuentionibus, necnon Medicina: Poëtis quoque Italicis, Petrarcha & Aloysio Pulciosi solitudine potius quam sociis, quoniam paucissimi non improbi, nulli verè docti: non hæc dico quod doctrinam requiram, (admodum enim parua est tota) sed quis cogit ut iacturam temporis faciamus: Hoc est quod abominor.

CAPVT XIX.

Ludus & Alea.

In nulla forsitan re dignus laude haberi possum: an non tam certè, quam quod latrunculis, & alea tam immodicè operam dedi, ut me dignum reprehensione fore intelligam. Lusi per plures annos utroque modo, sed latrunculis supra quadraginta: Alea circa viginti quinque, nec solum totannis, sed totis diebus, turpe dictu. Itaque iacturam simul existimationis feci, & rei & temporis: nec angulus defensionis relictus est, præterquam si quis velit me defendere, ut dicat non amasse ludum, sed odisse ea, propter quæ ludere cogebat: calumnias, iniurias, paupertatem,

quorundam insolentiam, confusionem ordinum, contemptum, & morbosam naturam, atque ex his indignum otium: cuius indicio fuit, cum primum licuit me exercere digna persona, illa reliquisse: ergo non amor ludi, non luxuria hæc fuit, sed odium atque fuga. Multa & præclara quamquam inuenerim in libro de latrunculis, quædam tamen ob occupationes exciderunt: octo aut decem quæ nunquam licuit recuperare, ea omnino humanam solertiam excedere, & impossibilia inuenta esse videbantur. Ob id hæc adieci, ut monerem (quod spero venturum) si quando occurrant curiosis, ut coronidem, seu apicem adiciant.

CAPVT XX.

Vestitus.

Non aliter de me ego sentio quam Horatius de suo Tigellio: Quinimò Horatium dixerim, tum de me sub illius persona locutum.

*Nil aequale homini fuit illi: saepe velut qui
Currebat, fugiens hostem: per sepe velut qui
Innonis sacra ferret; habebat saepe ducentos,
Sape decem seruos: modo Reges atque Teitar-
chas,*

*Omnia magna loquens: modo sit mihi mensa
tripes, &*

*Concha salis puri, & roga, defendere frigus,
Quamuis crassa queat.*

Quæras causam, imò causas, in promptu sunt, varietas primò cogitationum & morum: deinde vt saluti proflus & asulerem corporis: & quòd cum mutauerim sæpius patriam seu habitationis locum, coactus sum etiam mutare vestes, quas neque ob iacturam vendere, nec frustra seruare conueniebat, ob id necessitas intulit legem. Alia est causa non minor hæc, aut quæ minùs vigeat, è studiis neglectus familiaris, ex neglectu domesticorum, negligitur cura vestium, idè ex multis numero in paucas vsu rediguntur. Quamobrem minime aspsero Galeni sententiam, qui quatuor vestibus, aut binis tantum, si subuculam connumerare nolis, contentum hominem esse debere docet. Quare cum talia pro presenti occasione seruato sine, & congruo proposito, variari possint, imò debeant: satis esse puto quaternis vestibus, ut binas seramus grauiore, grauissima, leui, leuissimaque, sicut enim quatuordecim coniugationes, pereunte solum illa quæ omnes complectitur.

CAPVT XXI.

Incessus & cogitatio.

Incessus inæqualis causa fuit cogitatio, nisi quis enim adhibeat mentem, pedes mouentur, imò & pluribus manus ad exemplum solliciti animi: tum verò negotiorum varietas, & occasiones: quin etiam & corporis dispositio: cum valeamus, cum leues sumus, cum non delassati, cum vacui properamus & læti: cætera retardant gressum. Itaque abire in proterbiuni posset incessus meus, nam est incôsideratus,

deratus, dum aliena ab his quæ præ oculis sunt meditor: in vniuersum omnia inæqualia, quæ necessitas dura agit, cuique impetus animi dominatur, qui hæc continuare bona potest, nec sustinere velit mala: sola cogitatio perpetua, vt dixi, sed non perpetuo in eisdem: nihilominus tam intentè adest, vt neque comedere, neque voluptatibus operam dare, imò nec dolorem sentire, aut dormire sine illis cõcessum sit. Hoc igitur vnum bonum, quod malum arceat, & requiem præbeat, vt nesciam an commodo, an incommodo maiore iuncta sit aut desinet. Cæterum ambulatio modo celer, modo tarda, modo capite & humeris erectis, modo inclinatis, parum distans, ab ea quæ in iuuenta specie, re magis.

CAPVT XXII.

Religio & Pietas.

Temporibus adeò turbulentis natus, tot occasionibus obiectus, atque pauperie grauis, tot itineribus obuiam factus viris non solum à religione alienis, sed etiam hostibus, nec fuisse commotum, potius miraculo quàm sapientiæ, & diuino auxilio, quàm virtuti tribuendum est: quippe ab ipsa statim infantia, mihi hanc supplicationem institui. *Domine Deus infinita tua bonitate dona mihi vitam longam, & sapientiam sanitatẽque mentis & corporis*: Vnde nil mirum, si religionis, & Dei cultus fuerim obseruantissimus. Alia etiam munera videor accepisse, sed ita vt constet alterius fuisse, nõ propria: sanus perpetuo, æger, & doctus, vt ita dicam plus in his quibus non studui, & quæ ab alio nullo didici, quàm in quibus ad magistros me contuli. Circa pietatẽ etiam diligentior, contra filij mortem ac dolore pugnaui: moritutus erat, & eodem anno, ni fallor, parum absuit quin interiret sine sobole: nunc superest ex illo nepos, sed quid plura cur conferas mortales miseras, & dolores, immortalium voluptatis: sanè dicam ingenuè si nil superest, & si non tum mortuus esset, semper superuicturus erat? quid ergo mihi si aliquid quid amisi? ò stultam cogitationem hominum! ò delicia nefanda! nec solum diuinæ Maiestatis memor sum, sed & B. Virginis Marię, Beatique Martini, sönio monitus futurum, vt sub eius patrocinio aliquando quietiorem vitam, & perennem ducerem. Longa olim dissertatio à me conscripta est, quam hic contraxi, non posse esse pares vllõ modo molestias huius vitæ, ei felicitati, quam de sequenti speramus, neque obstat quod eiusmodi supra naturam cum adsunt, ita mouent, vt nihil maius esse posse putes, nec queas ambigere, sed vbi recesserint quasi somnium res ipsa videatur. Vtinam si Deo placuisset hæc Charibdis tanto muneris sublata fuisset, nam & intentius monita cœlestia obseruarent, & obseruatorum meminissent, & eorum quæ meminissent voluptate largius fruerentur, & eo magis piè viuerent, ac exemplo aliis forent: sed iam graui infamia laborare me intelligo, qui legem sapientiæ instituere mortalibus volui: rapuit me eo pietas: & dolor miserorũ, quia etiã de immortalitate animi naturaliter,

Tom. I.

Platoni & Aristoteli, atque Plotino consentanea, & rationi, & institutioni me dixisse reor, inter eos qui simpliciter locuti sunt: In Platone enim grauitas, in Aristotele diuasio, in Plotino finis, & præmia desiderantur, quàm hoc inuentum non meum sit, sed Auicennæ cuius opinioni, vt verisimiliori inter Philosophos, libentius subscribo.

CAPVT XXIII.

Observationes nostra præcipuæ.

NVlla in parte melior mihi visus sum quàm in obseruationibus, propter lögitudinem vitæ, & aduersorum multitudinem. Ergo primum præter preces pueriles, vbi proficere mente ceppi; gratias reddere solitus sum Deo, de his quæ mihi contigerunt, propitia quidem, de quibus turpe etiam homini ingratum fuisse, vel etiam bellæ existimatem: in aduersis autem quæ leuia erant, pro admonitione vt cauereĩ accipi; & ò quoties eiusmodi monitis, maximas vitæ calamitates! quæ verò mediocria etiam de his debere me sentiebam, tum quòd nil ex his quæ tempus obliterare solèt, magnum esse crederem; tum quia omnium aduersorum Deum dispensatorem esse intelligebam: & licet mihi infensa videri possent, ad ordinem tamen vniuersi optima fuisse non dubito, quid quòd mors omnino ineuitabilis est, quam leuiorem reddunt multitudo aduersorum, & vt Ægineta dicebat: qui lapidem magnum è vesica eximunt, minus patiuntur ob labores præcedentes, quàm qui exiguum, & ob id etiam rarius moriuntur. In extremis verò malis, Deum, vt ita dicam, mei meminisse persuasus sum: quo consilio (mira res dictu!) mortem morte depuli. Secunda obseruatio specialis fuit vt Dei numen implorarem: ex scriptis etiam inuocarem Dei summi vitam, & vt doceret me facere voluntatem suam, quia Deus meus est; ecce quàm bonum, & quàm iucundum, ita triplici leuatus sum infortunio: dedit antequam auferret: tutatus est aduersus currentes maris vndas: vitam quietam permisit. Tertia, vt in iacturis non suffecerit redemisse damna, sed aliquid plus semper occupauĩ: adeò, vt solus ferme mortalium ea, non solum consilio, sed experientia non oderim. Quarta, vt temporis summam haberem rationem: nam equitando, edendo, in lecto, vigilando, colloquendo, semper aliquid meditabar, aliquid reposui, memineram illius vulgaris adagij, *multa modica faciunt vnum satir*. Id est efficiunt cumulum: dicam breui fabellam, imò historiam, dum habitarem in domibus Ranutij Bononiæ, duo erant loca, vnus obscurus, sed tutus; alter splendidus, sed cui immineret rectorum ad momenta ruinosum, & cuius partes dum inhabitarem, deciderant certo vitæ discrimine, modo subessem, vix ex multis semel ad turum me contuli. Quinta, vt senes colerem, ac cum illis essem. Sexta vt omnia obseruarem, nec existimarem fortuito quicquam à natura fieri, qua ratione arcanis magis ditatus sum, quàm pecuniis: Septima vt certa ferme semper incertis anteponerem,

B 2 in

in qua causa aded fortunatus fui, vt pleraque
 his quæ mihi feliciter contigerunt, huic
 mentis proposito me debere persuadeam.
 Octaua vt in nullare quæ mihi malè cederet,
 persuasus ratione, voluerim persistere, imò
 plus tribui experimento, quàm sapientiæ
 meæ, aut confidentiæ de arte, idque præfer-
 tim in ægrorum curatione in cæteris volui
 forte me committere, nec de præteritis cogi-
 tavi vt plerique: Quid si sic fecissem? cui enim
 bono hæc? lucrum quo maius aufertur, non
 est lucrum, maximè ob temporis dispendium.
 Actum nunquam postposueris potentiæ in
 curandis ægris, vt ænemata inani fistulæ: la-
 ctis aquam in hydrope. Vbi cum potentiore,
 aut cum vno ex ordinibus, & maximè bene
 merito iniquè tractaris, tu tanto mitius age:
 æqua enim dixi oportere esse omnia. Nisi va-
 cuus, recipio negocium, non contentiosum
 solum quia melius, sed vt temporis compen-
 dium faciam. Amicitiam etiam subdolan non
 lacerabo, sed dissuam. Paulò post lxxv. annum
 nolui interesse luci causa congregationi, nisi
 scirem quot & qui socij? fuge vbi familiari-
 tas contemptum parit. Quantum potui mi-
 nus memoriæ reliqui? sed scriptis.

CAPVT XXIV.

Domus.

INfans Mediolani in porta Ticinensi loco
 qui dicitur via arenæ, post in via Mayni è
 regione arcis, & in propinquo in domo Laza-
 ri Soncini Medici, dum essem puer paruulus:
 adolescens in via Rouellorum in domo
 Hieronymi Hermenulsi, post in domo Cusa-
 norum, adolescens & vsque ad xix. annum in
 domo Alexandri Cardani; Papiæ ad sanctum
 Ioannem in Burgo, ad sanctam Mariam, ad
 Venerem in domo Cataneorum, & ad sanctum
 Gregorium in Monfalcono in Burgoliæ,
 inde propè scholas, propè Ceranouam procu-
 ratorem, & exinde in domo mea, quam emi
 iuxta templum B. Mariæ in Pertica. Bononiæ
 autem in via Gombri, inde in Galera in domo
 Ranutij, post in domo mea quam emi propè
 sanctum Ioannem in Monte; Romæ ad Popu-
 lum, in area B. Hieronymi, propè Curiam Sa-
 bellam: inde in via Iulia propè B. Mariam
 Montis Serrati: antea verò Mediolani in do-
 mo quam emerat mater, iuxta templum B.
 Michaëlis ad Clusiam: inde in P. Orientali;
 post ad Quinque vias: inde exædificata domo
 quæ cotruerat, redij ad B. Michaëlem.

CAPVT XXV.

Pauperias & detrimenta in patrimonio.

PAUPER neque luci cupidus, neque dili-
 gens dignitate ornatus vana & ambitio-
 sa casus domus, bello in patria & tributis in-
 tollerandis, quasi perpetuò, familia multa, ab
 æmulis laceratus, à Collegio diu reiectus, ego
 quandoque prodigus, & inconsideratus: cor-
 pore infirmus, furtis dilapidatus, profusus in
 emendis libris, mutata toties nescio an dicam

sæpius Vrbe, an in Vrbe habitatione: mora
 Gallareate infructuosa, vt in xix. mensibus
 ne xxv. coronatos precium conductæ domus
 lucratus sim: alea aduersa oppigneratis orna-
 mentis vxoris, & suppellectile, vt mirum sit
 potuisse omnibus carere præfidiis: magis, non
 mendicare carentem: magis adhuc nil ad-
 misisse ne cogitasse quidem indignum, aut
 maioribus meis, aut virtute, aut honoribus,
 quibus antea decoratus eram, & in posterum
 florui, sed æquo animo tulisse omnia: hæc
 quindecim annis perpetuis, nec interim mu-
 nere assidentis Medici perfrui voluisse. Ve-
 rum dices, qua ratione? an docuisti priuatim?
 non, an mutuo accepisti sine pignore? non:
 An rogasti quenquam vt dono daret? neque
 inuenissem puro, & puduisset me, an forsan
 victum attenuasti? neque illud. Quid ergo?
 ephemerides scribebam in scholis à Platinis
 publicè docebam: medendo aliquid collige-
 bam, domestici fermè singuli, muneri qua-
 stuoso addicti erant. Archinti domus munus-
 culis aliquot adiunabat, consulta vendebam:
 fortuita obseruabam, & spicilegium imita-
 bar, à sumptu vestiario profusus abstinebam,
 ita pertuli aduersam fortunam, vt etiam in
 secunda melius partis fruerer.

CAPVT XXVI.

Matrimonium & filij.

ANtea verò habitabam in Saccenti op-
 pido lætus & hilaris, quasi expertus om-
 nium malorum, (retero autem importunè,
 sed nimis proposito huic conueniens som-
 nium) ac quasi mortalis in immortalis sede col-
 locatus, aut vt melius dicam, iucunditate: cum
 ecce nocte quadam, video me in horto quo-
 dam amœno, nimisque pulchro, floribus or-
 nato, fructibus diuersi generis referto, spirabam
 aura suavis, vt nihil iucundius non pictor,
 non Pulcius Poëta, non cogitatio simile quic-
 quam cõfingere posset; etiã in vestibulo horti,
 ostium apertum patebat, & aliud inde ex ad-
 uerso: cum ecce video puellam candida veste
 indutam, eam aded amplector, exoculor, sta-
 tim à primo osculo hortulanus clausit ostiũ,
 enixè cœpi rogare vt apertum dimitteret,
 nunquam potui obtinere: moestus itaque, &
 puellæ hærens, exclusus manere visus sũ: pau-
 cis post diebus arsit domus: nocte suscitati fu-
 mus ad incendium, intellexi cuius domus esset
 quæ ardebat, scilicet Altrubelli Bandareni, qui
 Tribunus erat collectitiæ militiæ Venetæ in
 agro Patauino: nihil egi, vix enim facie mihi
 cognitus erat, sed fortè fortuna conducit do-
 mum quæ meæ contigua erat, ægrè tuli: non
 enim tales vicinos habere desiderabam, sed quid
 facere poteram: interim post pauculos dies, è
 via, conspicor puellam facie ad vnguem, &
 vestibus similem ei, quam nocte illa videram:
 verum dicebam, quid mihi cum hac puella?
 si vxorem ducere voluero pauper, nihil ha-
 bentem, & fratrum ac sororum multitudine
 oppressam, perij, cum vix, vel sic sumptum
 sustinere queam; si tentem abducere, aut oc-
 cultè eam comprimere, cum ipse sit Oppida-
 nus, non deerunt exploratores, tribunus mi-
 litum

litum non iniuriam patietur, & in vtroque casu quid mihi agendum erit? O miser, si optime cedat, fuga opus est: hæc & talia volutanti subit in mentem, melius esse mori quam sic vitam agere: ab ea die corpori non amare, sed ardere; intellexi quantum coniectura excipere poteram, me solutum eo vinculo, duco volentem volens, parentibus etiam rogantibus, & offerentibus auxilium si quo opus esset: neque enim parum poterat. Verum somnij interpretatio non in puella desit, sed in filij vim suam ostendit. Vixit mecum annis xv. sed tamen hoc incommodum, omnium malorum, quæ mihi in tota vita acciderunt, causa fuit. Vtrum hæc diuino consilio, aut mihi, mei maiorumve pro erratis debebantur. Ipse enim secus ferrens natura, ac omnibus futuris eram aduersus superior.

CAPVT XXVII.

Filiorum aduersa fortuna.

AT in filiis non dubiè vis somnij explicata est; primum duplici abortu duorum maculorum quadrimestrium, adeò vt desperarem de sobole, aliquando suspicarer de maleficio: tandem protulit primogenitum prorsus patri meo similem facie, vt in iuuenta patuit, bonum, benignum, simplicem, dextra tamen aure surdum, oculis paruis, albis, & qui nunquam quiescebant: duobus etiam digitis in sinistro pede, ni fallor, scilicet tertio & quarto à pollice numerando simul iunctis: dorso prominentiore, sed non ad deformitatem: hic vsque ad xxiii. annum fermè quietus vixit, post amore captus, vbi lauream consecutus est, Brandoniam de Sego, absque dote vxorem accepit: mater eius vt dixi iam diu obierat, & multo ante matris pater, quippe qui à nuptiis paucis mensibus superfuert, vivebat tantum matris mater Thadea: tum verò corperè dolores, & lachrymæ: nam antea multa perpeffus viuentè matre sua, sinem tandem habuerunt, tempus enim id fuit in quo oppugnabar. Interim accusatus filius, quòd vxorem veneno tentasset, & in puerperio, decima septima die Februarij captus, post quinquagesimum tertium diem Idibus Aprilis, securi percussus est in carcere. Atque hoc primum & maximum infortunium, per quod, neque retineri honestè poteram, neque sine causa dimitti, nec tutò habitare in patria, nec eam securè relinquere poteram; despectus obambulabam Vrbem, contemptus conuersabam, ingratus deuitabam amicos, quid agerem non occurrebat, quo me conferrem non habebam, nescio an infelicior, an odiosior. Subiere post filij minoris stultitia, flagitia, vexationes vt nihil addi possit: coactusque sim eum in carcerem non semel trudere, & exilio condemnare, & hæreditate paterna priuare, cum matrem nihil esset. A sola filia, præter dotis sumptum, nihil molesti perpeffus sum, sed hoc illi vt gratè debui ita perfolui. Ex filio igitur natu maiore, duos suscepi nepotes, atque vna domus, paucis in diebus, tria funera vidit, filij, nurus, & neptis Diareginæ: parum absuit, quin & nepos interierit. In vni-

Tom. I.

uersum tota res filiorum pessimè se habuit, nam filia ex qua duntaxat spes aliqua boni spererat, nupta diuiti, & egregio adolescenti Bartolomeo Sacchò patricio Mediolanensi, sterilis euasit, vt vnica spes in nepote superfit. Haud me latet hæc inania videri posse temporibus futuris, & præcipuè alienis: sed nihil, vt dixi, in hac mortalitate, nisi inane, vacuum, & somnij vmbra: præcipuè quòd solum est, quo omnia mortalium facta, res, vita, casusque constant? sed vt apud Crantorem pater ipsius eloquentia Cicero didicit, quo consolaretur in morte filia, ita eiusmodi in maximis aduersitatibus, modo hic, modo illic reuiuiscunt, & non contemnendo vsui atque utilitati sunt. Cæterum haud me latet, solum ea digna videri, quæ in libris referantur, velus magnarum rerum series ex minimis ortæ iniunctis, atque in his vel properandum, vel maxime ordinatim vnumquodque explicandum, vt fiat historia pictura persimilis: vel ingentium operum exempla, virtute, vel flagitio nata, aut casu, quàm breuissimè, nisi ad artem pertineant aut sapientiam. At nunc o tempora! & o mores! non scribimus nisi turpes adulationes, liceat laudibus esse virtute, & innocentia dignos, Plinius Traianum, Horatius Mecænatem. At facimus docentes quid facere debeant, stulte: sed si modo fac vt sperare possis, ergo vt hæc non laudabilis ita foedissima in qua muli mutuo scabunt, verum si merita? vno verbo pertransennam, & vt de notissima, velut Plinij secundi cum Marziale. An in sapientia, & arte perfectus sit oportet liber, quem emere præstat: Ille perfectus est qui vno filo ab initio rei ad finem peruenit, nil relinquit, nil extra finem adicit, diuisionis normam seruat, abstrusa docet, fundamenta demonstrat, vel si artis Principem exactè delineauerit, velut Vitruuium Philander.

CAPVT XXVIII.

Lites iuges.

AB obitu patris ad annum vsque xlvi. scilicet xxiii. annis perpetuò fermè litigauit; & primum cum Alexandro Castillioneo Gatico vocato, pro quibusdam memoribus: post cum agnatis: deinde cum Barbianis Comitibus: post cum Collegio: inde cum hæredibus Dominici de Torris, qui me sacro fonte leuauerat: cum omnibus superior euasi. Illud mirum, quod Alexandrum Castillioneum iudicio, & patruo suo Iudice, euerterim, quamvis sententiam obtinisset aduersus me, quæ in iudicatum (vt Iuriconfulti dicunt) transferat: coëgi que illi pecunias omnes persoluere. Simili bona fortuna iudicatus à Rectoribus Collegij, atque exclusus pluribus sententiis, inde etiam pactione confirmata vltima sententia, vt socius essem, & Collegio subiectus, non tamen ex his vnus, tot aduersantibus planè receptus sum. Cum Barbianis etiam, post longas lites, minas, aliæque impedim nra conueni, & accepta pecunia pacta, planè liberatus sum à lite.

B 3 CAP.

CAPVT XXIX.

Peregrinationes.

Inuisi Italiam pluribus itineribus penè totam, præterquam Neapolim, & Apuliam, regionèsq; illis conterminas; item Germaniam maximè inferiorem Heluetios, Rhetos: præterea Galliam, Angliam, vt dicunt, & Scotos, sed libet enarrare, quid acciderit. Erat Amultho Archiepiscopus beati Andree in Scotia ciuitatis principalis, frater Proregis nothus, idemque Pontificius legatus, & primas: is laborabat difficultate spirandi per circuitus, primum longiores, demùm cum annum xl. superasset, singulis octo diebus, adeò vt planè moriturus videretur: Verum intra xxiv. horas, nullo vel planè leui auxilio liberabatur. Fatigauerat frustra Caroli V. tum Cæsaris, & Henrici Gallorum Regis medicos: itaque audito nomine nostro, misit per medicum suum, primum ducentos coronatos Mediolanum, vt Lugdunum me conferrem, aut ad summum Lutetiam, quasi ibi venturus: ego qui tum vacuus eram à profitendi munere, vt superius enarraui, libenter conditionem amplexatus sum. Itaque anno M. D. lii. octauo Calendæ Martij, me itineri accinxi, transiens Dondofola, Sione, Geneua, per Montem Sempronium, lacu Lemano relicto, tertio Idus Martias, Lugdunum me contuli: Erat dies Bacchanalium Mediolanensium, qui sextus numeratur à communi: ibi moram traxi xvi. diebus, nulum videns Archiepiscopum, neque ipsum Medicum quem expectabam: sumptum tamen lucro vici, aderat Ludouicus Biragus Illustris vir Mediolanensis, peditum regionum Dux, cum quo amicitiam ego arctam contraxi, adeò vt si vellem Proregi Brisacco inferuire, stipendium offerebat mille coronatorum in singulos annos. Aduenit interim Gulielmus Casanatus Medicus Archiepiscopi, atulitque trecentos alios coronatos, quos mihi dedit, vt in Scotiam me conferrem: impensas pro viatico eò vsque offerens, tum alia multa dona pollicitus: ergo per Ligerim fluiuium, Lutetiam traductus sum, vbi Oroncium videre contigit, sed ille ad nos venire recusauit: vidi Duce Magnieno Thesaurum Regis Gallorum in templo B. Dionysij, rem fama minorem, existimatione mea maiorem, tum maximè ob integrum Monocerotis cornu; ex hoc congressus cum Regiis medicis, vnà pransi sumus, sed non obtinuerunt, vt me audirent à prandio, quoniam ante prandium volebant me priorem dicere. Prosecutus igitur iter, amicè satis cum Pharnelio, & Syluio, aliòque Regis medico quos ibi reliqueram, Bononiam Gallie me contuli, vbi, quattuordecim equitibus armatis, & viginti peditibus comitatus, ita volente Sareponti Principe, perueni Caletem, vidique Cæsaris turrim adhuc stantem: inde superato maris sinu, Londinum ingressus, tandem tertio Calendæ Iulij, ad Archiepiscopum Edimburgum veni: mansique ibi vsque ad Idus Septembris, acceptisque quadringentis aliis aureis

coronatis, torque vno centum viginti quinque coronatorum, asturcone præstantissimo, multisque aliis donis, vt ne vnus quidem vacuus redierit: veni in Brabantiam, atque in Tangarorum regione vidi Grauelingam, Antuerpiam, Brugiam Gandauum, Bruxellam, Louanium, Mallinam, Liram, Aquisgranum, Coloniã, Confluentiam, Cleuem, Andernaccum, Maguntiam, Vormatiam, Spiram, Argentinam, Basileam, Neustat, Bernam, Bisanzonum, Rhetos interiores, Corium, Clauenam vrbes illorum: demum per lacum Lariũ transiens, Mediolanum redij tertio Calendæ Ianuarij M. D. liii. Ex his omnibus locis, Antuerpiæ, Basileæ, & Vexuntij solum moram traxi, cupiebant enim Antuerpiani omni studio me retinere: Londini Regem allocutus sum, accepique dono centum coronatos, renui quingentos, certè aliqui dicunt mille (veritatem scire non potui) quod titulo ipsius Regis, in Pontificis præiudicium subscribere noluerim: in Scotia familiaris factus sum Proregi Gallorum Vsellæ Principi: Basileæ parum abfuit, nisi admonitus à Gulielmo Gratarolo, ne in pestifero hospitio reciperer: Vexuntij ab Antistite Lexouienfi bene acceptus, vt alias commemorauim, & donatus, tum aliis in locis. Itaque Romæ quatuor annis, Bononiæ nouem, Patavij iii. Papiæ xii. Moiraghi iv. primis, Gallareatæ vno: In oppido Saccensì vi. propè annis: Mediolani xxxii. penè in tribus vicibus, tribus annis, vt ita dicam, vagatus sum. Præter hoc iter, vidi Venetias, Genuam, & Romam, & Vrbes quæ sunt in itineribus his, velut Bergamum, Cremam, Brixiam, & reliquas: item Ferrariam, atque Florentiam: vtrâque Vogheram atque Derthonam: Et vt breuiter dicam, penè totam Italiam, excepto Regno Neapolitano, & coniunctis regionibus, vt Apulia, Latio, Piceno, Vmbria, Brutijs, magna Græcia, atque Lucania, & Abbruzzo. Sed quæres cui bono tot vrbum commemoratio? magno modo vna die spectaueris iuxta doctrinam Hippocritatis, nam natura loci intelliges qualis sit, & mores habitantium, & quam partem præster eligere, qui morbi regnent: Et ex his quæ commodior, nam tota illa pars olim & ob frigus, & nunc magis ob dissidia, parum est utilis: tum verò ad historiarum intellectum, & præcipuè auxilio Mathematicorum talia describentium: naturam quoque & prouentum plantarum, atque animalium, & iter peregrinantibus, vnde libri etiam in hoc genere impressi habentur lingua Italica, hoc docentes etiam addita distantia.

CAPVT XXX.

Pericula & casus, & de insidijs multiplicibus, varijs, & assiduis.

Casus autem quos referam incurri, habitabam in domo Cataneorum, mane ibam ad scholas, erat nix in terra, ego propè murum ruinofum à dextra scholæ minxi, inde per callem inferiorem incedenti, later è muro è regione ruit, hoc ergo periculum deuiraui solum ob niuem, quod superiore tramite,

tramite : maximè impellente comite, ire nequiu. Sequenti, ni fallor, anno M. D. xl. cum essem in via orientali, venit in mentem, & si nulla ratione, vt à sinistro latere transgrederer ad dextrum, cumque ibi essem, magna pars cæmenti ex altissima subgrunda aduerso latere cecidit, tanto spacio ante me, vt certè nisi mutassem illud iter, totum me contriuisset, & sic euasi Deo volente. Paulò post propè eundem locum, in mula sedens ibam iunctus currui, & tum à dextra volebam præcedere, negotio inuitante, & mora torquente : dixi mecum, quid si ruat currus, & paulo post dum substitissem, cecidit, nec dubium est quin oppressurus me fuisset, manifesto detrimento, & periculo etiam non leui: Non de hoc miror quòd ita contigerit, sed quòd cum toties viam mutauerim, nunquam sponte, nisi in huiusmodi periculis, forsan alias non animaduerti: Attamen res magna, non admiranda, si exemplum frequens non adesset. Cùm puer, ni fallor, annorum xi. essem, ingressus cortem Donati Carchani viri Illustris, à cane non magno, mollis pili, demorsus sum in ventre, & in quinque locis illius vulneratus sum, licet non grauius, nigricantibus tamen plagis, in hoc nihil dicam nisi profuisse nescire periculum rabiei, si maiori natu contigisset, quod morbus non fecisset, timor forsan perpèssisset. Anno M. D. xxv. quo Rector euasi, in Benaco penè submersus sum, cùm inuitus ingressus essem habens equos conductitios, fracta malus, Temo, & è duobus remis vnus rupta vela, etiam minoris arboris, nox superuenerat: Sirmij seruatus sum, cùm nulla aliis spes superesset, mihi exigua: quod si dilatus fuisset ingressus vel xl. parte horæ perieramus, nam tanta tempestas ingruit, vt vectes fenestrarum ferrei in hospicio flecterentur: Ego vero qui ab initio timere visus sum, inducto Lucio pisce magno in mensam, lætus conuati: ceteri non ita, præter consultorem erroris, & in periculo acrem defensorem. Cum Venetiis essem Natali Virginis, pecuniam alea amisit, sequenti die reliquum, eram autem in domo collusoris: cūque animaduertissem chartas esse adulterinas, pugione ipsum vulneraui in facie, tenuiter tamen: Aderant præsentés duo eius familiares adolescentes, & duæ hæc laquearibus affixæ, & ianua domus clauæ conclusa: sed ego vbi pecuniam omnem tam suam, quàm propriam arripuissem, ac vestes meas, tum annulos quos pridie perdideram, sequenti ab initio victor recuperassem, domumque per puerum meum iam amandassem, partem pecuniæ sponte abieci, quòd illum vulneratum viderem, ac statim aggressus famulos, cum educere arma nequirent, supplicantibus vitam condonauit, ea conditione, vt ianuara domus referent: Dominus tantam rerum perturbationem atque confusionem videns, moramque omnem suspectam habens, quod in domo (vt reor) chartis adulterinis me circumuenisset, postquã coniectura animaduertit parum differentiæ esse inter lucrum, & iacturam, ianuam aperiri iussit, itaque ego abij. Eadem die dum periculum à prætorio, ob iniuriam Senatori illatam, euitare conor, armatus sub vestibus, hora secunda noctis,

lapsus pedibus, cecidi in mare: Ego cadens mei non oblitus, iactaui dextram, & apprehenso transtro, à sociis seruatus sum, cumque nauim ingredior, inuenio (dictu mirum) cum quo luseram, faciem vitta ligatam ex vulnere habentem, qui sponte obtulit vestes nauticas, quibus indutus cum illo Patavium vectus sum. Antuerpiæ cùm vellem emere gemmam (nescio qua ratione quo fine ve foret in officina) in foueam cecidi, læsus & attritus in aure sinistra, excubabam satis leuiter factum, qui non nisi in cute offensus sim. Anno M. D. lxxvi. dum essem Bononiæ, me proici è carpento corrente, quod retineri non poterat: vnde contractus annularis digitus dextræ manus, brachium quoque læsum, adeo, vt reflectere non possem; mansit per aliquot dies, inde transmutata est affectio ad sinistram, dextrum mansit illæsum, miro euentu, sed magis mirum quod post annos ix. rediit nulla ex causa, quasi omine, in dextrum rursus, & nunc me fatigat: at digitus nullo præsidio adhibito, eo peruenit, vt nec noxam sentiam, & ab obliquitate pene liberatus sim. Quid dicam de periculo petis quod accidit anno M. D. xli. inuiseram famulum Coloneli ex Insula Genuensis Illustris viri, is detinebatur peste, venerat enim ex Heluetiis, & inter duos ægros qui obierant dormierat. Ego incius rei, vmbellam Cæsaris Mediolanum ingredientis detuli, quòd Rector essem Collegij Medicorum, cognita re, volebat Colonelius, vt absconderemus in villa mortuum, pro mortuo enim habebatur, nolui assentiri vt absconderetur, nihil magis timens quàm dolum, & à dolo, sed Deus iuuuit, conualuit enim æger quamuis præter spem non parum adiutus præsidio nostro paterno. Quid quod in anno M. D. xlvi. hoc autem penè prodigiosum est, veniebam cura quasi solutus, ex domo in qua canis pridie me parum attingerat, non tamen vulneraui morfu, sed quòd clam, & tacitus intentasset, metuebam ne rabidus foret, itaque oblata aqua licet noluerit bibere, non tamen aufugit, & Capi crus me iubente oblatum comederat: cum interim videro canem magnum valde, ad me venientem procul satis, & erat dies sanctæ Crucis mensis Aprilis læta admodum, via autem sepibus vtrinque virentibus munita, atque arboribus dicebam ergo mecum, quid mihi hoc cum canibus heri & hodie: vitæ metum vanum, qui scit quod hic verè non sit rabidus, & dum hæc cogito, canis iam appropinquabat, & ad vnguem è regione capitis mulæ, adè vt consilium capere nescirem, statimque vbi appropinquauit, exiliit me inuasurus, ego autem sedebam in mula parua, quod vnicum fuit salutare auxilium iam tamen meditatam iniij, inflexo enim capite super collum mulæ, canis transit collidens dentes, neque me læsit, neque profus terigit, quod sanè potest inter miracula adnumerari, adè vt nisi hoc sapius, & multis in locis scriptis mandassem, existimarem me somniasse, & cum cogitatione hallucinatum, nisi retrò respiciens forte rediret & inuaderet puerum, qui sequebatur retrò, & à sinistra propè sepep interrogasem, dic quæso (nam canis iam abierrat impetu cursus actus) num tu vidisti quid egerit

dit canis ille, & an tibi molestus fuit? dixit minime molestus fuit, sed apprimè vidi quid tecum egerit; dic' sodes rursus interrogavi, quid egit? tum ille infiliiit recta super caput tuum, te vero inflexo transiit, nec læsit, tum ego dixi tecum, certe non hallucinatus sum, sed res tamen hæc supra fidem omnibus videri poterit. In vniuersum quatuor fuere extrema pericula, id est in quibus nisi occurrissem, de vita actum esset, submersionis primum, canis rabidi secundum, casus cæmenti tertium minus; quia non inchoatum; rixa denique in domo nobilis Veneti. Totidem maxima detrimenta & impedimenta, primum concubitus, secundum mortis sæuæ filij, tertium carceris, quartum improbitatis filij natu minoris: sic examinari ordine vita debet. Omitto modo sterilitatem filiaz, Collegij litteram longam; tot iniquas nedum iniustas insectationes, malam corporis intemperiem, & imbecillitatem perpetuam; nullum coniunctum qui saperet, & frugi esset: nam si non defuisset, magna ex parte me alleuasset, & à plerisque incommodis minoribus immunem reddidisset.

Quod vero ad insidias lethales attinet, narabo mira dictu, attentus esto, nam rara historia est. Profitebar Papiæ, legebamque in domo mea, erat mihi ancilla fortuita, & adulescens Hercules Vicecomes, duoque pueri, & famulus ni fallor: horum puerorum vnus erat Amanuensis, & Musicus, alter à pedibus; agebatur annus M. D. lxii. in quo ego decreueram abire Papiæ, & munus profitendi derelinquere, sed Senatus hoc ægrè ferebat, tanquam in homine irato, itaque cum essent duo Doctores, quorum vnus vir callidus, & qui discipulus meus olim fuerat, alter profitebatur Medicinam extraordinariam, simplex, neque vt puto malus: verum quid non agit cupiditas honorum atque opum, tum maxime cum simul, & honestis studiis coniungitur? Erat autem nothus hic: Æmuli autem maximo studio quærebant, vt urbem relinquerem, omnia facturi, vt videbatur, huius vocis explendi causa. Itaque cum depellere propter Senatum non sperarent, quamuis me discessum quærente, inierunt consilium trucidandi, non ferro propter infamiam, & metum Senatus, sed dolo, namque concursor videbat se non posse esse primum, nisi ego discederem, ergo rem procul exordiuntur. Primum Epistolam exarant nomine Generi mei, aded turpem, & aded sædam, imo etiam nomine filiaz, pudere affinitatis mecum, pudere nomine Senatus, & nomine Collegij, rem edè spectare vt me munere profitendi indignum putent, & ab eo remoueant; percussus tam impudenti, & audaci reprehensione meorum, nesciebam quid agerem, quid dicerem quidve responderem: neque interpretari poteram quorsum hæc? tam impudens & importunum factum, & si nunc liqueat profectum eo consilio, quo & alia excogitata sunt, namque intra paucos dies, alia Epistola affertur nomine Florauanti: quæ in hunc sensum scripta erat, *Pudere ipsum nomine patriæ, Collegij, Congregationis professorum, vt passim sparsum esset me abuti pueris, nec sufficere vnquam, nisi etiam alterum adiun-*

xissem: rem prorsus inauditam: rogare nomine tot amicorum, vt publica infamia consulerem, non aliud Papiæ quam hæc consilia referri: domusque ciuium designari ubi hæc agerentur.

Ego cum hæc legissem obtupui: nec credere poteram illius fore Epistolam, amici & modesti viri: attamen adhuc in memoria hærebat prior Generi vt rebar Epistola: nam nunc, nunquam illam eius fuisse puto, sed nec quicquam tale vnquam excogitasse, cum ab eo tempore vsque ad hanc diem, & amicus & iratus, semper me coluerit, neque vilius de me malæ opinionis, nedum tam absurdæ vestigium ostenderit: Omitto reliqua si etiam hæc credidisset vir alioquin prudens, quorsum Epistolæ mandare, quæ in manibus multorum esse posset, & locerum reprehendere criminis, quod vt incertum saltem erat: ita scædum, turpe, & ei graue futurum. Statim ergo vestem postulo, aded Florauentum, interrogo de Epistola, fatetur esse suam: tunc magis etiam obtupui: neque enim prorsus de dolo suspicabar, nedum vt cogitarem. Cæpi rationibus agere, & interrogare vbinam hæc tam celebria Concilia agerentur? in hoc cæpit nutare, nec habebat quod diceret: solum iactabat famam publicam, & gymnasij Rectorem, erat enim totus ille addictus Delphino: nihilominus vbi vidit rem edè spectare, vt potius ipse in periculum non leue, quam ego in suspensionem criminis traheretur, consilium mutauit, & cessit, videbat enim quamuis vt dixi simplex, quantam rem ageret. Itaque ex illa die cessarunt omnia hæc, & machinæ excogitatæ ruerunt: dicam autem, vt post intellexi, quonam pacto res agitata sit: persuaserant lupus, & vulpes pecudi illi, si ego non essem, omnino decreuisse Senatum, vt munus profitendi Papiæ illi secundo loco daretur; nam primum concursor ipse, ibi arrogabat successionis antiquæ quodam, & vitato more, locum suum vulpecule retineret, sed non sic erat, vt postmodum euentus docuit. Ergo absoluto primo actu tragædiæ, inchoatur secundum, qui lucem attulit primo: ante omnia ergo curarunt, vt hic (qui rubori esse debuerat patriæ, familiæ, Senatui, Collegio Mediolanensi ac Ticinensi, Concilio professorum, discipulis denique) Academiam Affidatorum Papiæ ingrederetur, in qua erant plures Theologi egregij, duo Principes Mantuz Dux, & Marchio Piscariæ; & quoniam me ægrè edè deduci videbant, vt consentirem, minas addiderunt; quid facerem, percussus tanto filij casu: omnia aduersa expertus, tandem acquieui, tum maxime, quod me è profitendi munere in Academia, certis quibusdam diebus liberaret: neque tum ego animaduerebam technam, vt vellent recipere eum, quem omnes Ordines iam nondum xv. exactis diebus, vellent proscribere, tanquam omnium puerorum coniugem, ô fidem Deum! ô immanitatem mortalium! ô sceleratorum amicorum, & proditorum acerbitatem! ô impudentiam, & sæuitiam serpentibus maiorem! Quid plura? in primo ingressu, animaduerto sic collocatam trabem; vt facile esset, quemcunque ingradientem lapsu inconsiderato posse occidere: nescio modo an fortuitò, an consilio id egerint. Verum quanto rarius poteram,

poteram, fingendo causas & cum irem importune & inexpectatus, aderam : obseruans diligenter mulcipulam, sed nihil hac actum, seu quoddam non tam publice facinus perpetrandum existimauerint, seu quoddam omnino de eo non cogitarent; aut quod alia in consiliis agitauerint. Vnum est, quoddam intra paucos dies vocatus ad filium Petri Marci Throni Chirurghi ægrotantem, extulerant piambum in ostio, quo iuncea si paria retineri sangebantur, quicquid sit, quomodo, & qua arte id factum, non assequor, vt decideret: decidit ergo, si attigisset actum erat de me, quam parum abfuerim, Deus nouit: Ex hoc tunc cœpi nescio quid suspicari, infcius tamen quid suspicaret, tantus erat mentis meæ stupor. Sed audi tertium actum qui omnia detexit, venit paulo post Pecus illa rogatum, quoddam uellent Missam celebrare nouâ, vt duos quos habebam Musicos, mutuo concedere uellem ad celebratam: norant autem prægustatores esse mihi, & cum ancilla conuenerant de veneno dando: antea uero rogarant Herculem, vt huic negotio interesse uellet; ille nihil mali cogitans, pollicitus fuerat, sed vt uidit etiam hos requiri, malum suspicatus est; itaque respondit, solum vnus est Musicus, non duo; tum Florauantus uir rudis, adeo ardebat cupiditate abducendi, vt dixerit, det ambos, nouimus enim quod, & ipse Musicus est, & licet non adeo expertus; cum aliis tamen chororum puerorum implebit, respondit Hercules, finite parum (erant enim duo) vt colloquar herum, uenit itaque instructus omnibus modis, vt si non profus fuissem amens & excors, possem facile interpretari, quid agerent, cum tamen neque tunc animaduertentem: satis ergo habui pueros (hortante me Vicecomite) non dare: itaque discesserunt illi, respondit enim Hercules, puerum alterum profus ne notam quiddam Musicæ cognoscere. Non exactis quindecim diebus, vel paulo pluribus, reuertuntur iidem, rogant vt mutuo dem pueros illos, uelle recitare Comœdiam; tum uero Hercules ad me rediit, dicens, nunc iam aperta est fabula, uolunt detrahere domesticos omnes tuæ mensæ, vt ueneno te enecent: neque solum diligenter huiusmodi technis prospiciendum est, sed cuiusque occasione, haud dubium enim est, queritare illos in exitium tuum, dixi ego puto, sed tamen non poteram tantæ rei acquiescere. Quid dicam respondi Herculi, ille, tibi opus esse tuis domesticis, & ita illi abierunt. Tandem vt reor multis consultationibus actum est, vt omnino me perderent: Erat dies sabbati vi. ni fallor, Iunij, iuxta mediam noctem expergilcor, inuenio me carere annulo, cui inclusus erat hyacinthus: iubeo puerum surgere & querere, sed frustra querens, surgo, impero vt lumē accendat, vadit, & redit: negat adesse ignem, comminatus ego grauiter: iterum iubeo querere, uenit latus cum forcipe ferens ignem, carbonem scilicet ignitum quantitate ipsi, dico non satisfactorum, negat esse alium, iubeo vt insusillet, cum ter insusillasset, amissa spe flammæ, dum remouet candelam ab igne, flamma emicuit magna, & candelam accendit: Ego dixi animaduertistine Iacobe Antoni (hoc

enim erat prænomen) equidem ille respondit, quid? dixi, quoniam candelæ, inquit, nulla à carbone flamma edita, tamen accensa est, dixi ergo caue ne iterum extinguatur; querimus annulum, inuentus est in pauimento è regione media lecti, vt eò peruenire non potuerit, nisi magna vi excussus à muro, & resiliens: Voui ergo me non exiturum die sequenti domo, faucebat occasio voto, festus enim dies fuit, & mihi nullus æger. Ergo mane adueniunt quatuor, aut quinque ex discipulis meis, cum zapphira, rogantque, vt uelim interesse cœnæ in qua omnes professores Gymnasij, & Academiæ nobiliores adfuturi erant, nego me posse, ipsi quod scirent me non prandere, & ob id interesse nolle existimabant, inquiunt, tua causa distulimus in cœnam; rursus respondi non possum omnino, rogant causam, dixi de prodigio, & voto, omnes admirabantur, sed duo ex his se intentè respiciebant, rogarunt sæpe, ne uellem tam celebre conuiuium mea absentia conturbare, respondi vt prius: circiter post horam iterum redeunt enixius aliquanto rogarunt, respondi nolle votum frangere: omnino decreuisse non exire domo? quamuis uesperti obnubilato aère, exierim ad inuisendum macellarium haud diuitem ægrum, nam voto non uetabar. Itaque consultus semper mansi, donec ex patria discessi, nam statim deprehensum est uilpeculam successisse in munus profutendi à Senatu, & saltantem; & gaudentem quod hoc ei obuenisset: sed ô mortalium spes! non ter aut quater professus est, inuasit eum morbus, vt audini, qui perdurauit circiter tres menses, & obiit: solo crimine perfusus, intellexi enim post quendam è suis, à poculis in conuiuio destinatum rei conscium; Mortuus eodem anno Delphinus, paulo post Florauantus. Quin etiã in insidiis Bononiæ erga me fabricatis, idem in totidem Medicis licet aliquanto serius accidit, mortui enim sunt qui querabant animam meam: si tamen Deus annuisset tot calamitatibus afflictum me pro beneficiorum mercede, quæ in humanum genus adeo assidue contulit, ita remunerassent. Didiceram autem abstinere ab huiusmodi casibus, patris Pauli qui ueneno obierat, & patris qui bis uenenum sumpsit, licet euaserit dentibus amissis; exemplo.

Quid postmodum, eodem ferme tempore malorum non accidit: mense Iulio coactus iter agere, ob graue morbum quo nepos infans Papiæ premebatur, cum essem Mediolani. Ex illo correptus Erysipelate in facie; tum etiam ob dentis dolore, parum abfuit quin sectione uenæ occurrerem, ni succedens nouilunium continuisset: à nouilunio melius me habui, & ita euasi utrumque morbi periculum, & auxiliij. Inde necem intentatam à domestico ob pecunias, quam solum paucis horis præueni. His successit podagra grauis & longa: subij & anno lxxii. uitæ pericula non leuia ex insidiis, cum parum mihi notæ essent uix Romæ, mores adeo inconditi, vt multi Medici me ipso cautiore, & peritiorē consuetudinis, causam mortis inde contraxerint. Ergo cum uiderem me potius prouidentia diuina seruatum, quam propria solertia, desij, in posterum sollicitus adeo esse de periculis: uerum quis non

rit canis ille, & an tibi molestus fuit? dixit minimè molestus fuit, sed apprimè vidi quid tecum egerit; dic' fodes rurlus interrogavi, quid egit? tum ille insiliit recta super caput tuum, te vero inflexo transiit, nec læsit, tum ego dixi mecum, certe non hallucinatus sum, sed res tamen hæc supra fidem omnibus videri poterit. In vniuersum quatuor fuere extrema pericula, id est in quibus nisi occurrissem, de vita actum esset, submersiois primum, canis rabidi secundum, casus cæmenti tertium minus, quia non inchoatum; rixa denique in domo nobilis Veneti. Totidem maxima detrimenta & impedimenta, primum concubitus, secundum mortis sæuæ filij, tertium carceris, quartum improbitatis filij nati minoris: sic examinari ordine vita debet. Omitto modo sterilitatem filiarum, Collegij litem longam; tot iniqvas nedum iniustas insectationes, malam corporis intemperiem, & imbecillitatem perpetuam; nullum coniuuentum qui saperet, & frugi esset: nam si non defuisset, magna ex parte me alleuasset, & à plerisque incommodis minoribus immunem reddidisset.

Quod vero ad insidias lethales attinet, narabo mira dictu, attentus esto, nam rara historia est. Prostebar Papiæ, legebamque in domo mea, erat mihi ancilla fortuita, & adulescens Hercules Vicecomes, duoque pueri, & famulus ni fallor: horum puerorum vnus erat Amanuensis, & Musicus, alter à pedibus; agebarur annus M. D. lxii. in quo ego decreueram abire Papiam, & munus proficendi derelinquere, sed Senatus hoc ægrè ferebat, tanquam in homine irato, itaque cum essent duo Doctores, quorum vnus vir callidus, & qui discipulus meus olim fuerat, alter prostebarur Medicinam extraordinariam, simplex, neque vt puto malus: verum quid non agit cupiditas honorum atque opum, tum maxime cum simul, & honestis studiis coniungitur? Erat autem nothus hic: Æmuli autem maximo studio quærebant, vt vrbem relinquerem, omnia facturi, vt videbatur, huius voti explendi causa. Itaque cum depellere propter Senatum non sperarent, quamuis me discessum quærente, inierunt consilium trucidandi, non ferro propter infamiam, & metum Senatus, sed dolo, namque concursor videbat se non posse esse primum, nisi ego discederem, ergo rem procul exordiuntur. Primum Epistolam exarant nomine Generi mei, aded turpem, & aded fœdum, imo etiam nomine filiarum, pudere affinitatis mecum, pudere nomine Senatus, & nomine Collegij, rem eò spectare vt me munere proficendi indignum putent, & ab eo remoueant; percussus tam impudenti, & audaci reprehensione meorum, nesciebam quid agerem, quid dicerem quidve responderem: neque interpretari poteram quorsum hæc? tam impudens & impertinens factum, & si nunc liqueat profectum eo consilio, quo & alia excogitata sunt, namque intra paucos dies, alia Epistola affertur nomine Florauanti: quæ in hunc sensum scripta erat, *Pudere ipsum nomine patriæ, Collegij, Congregationis professorum, vt passim sparsum esset me abusi pueris, nec sufficere vnum, nisi etiam alterum adiun-*

xissem: rem prorsus inauditam: rogare nomine amicorum, vt publica infamia consulerem, non aliud Papiam quam hæc consilia referri: domusque inuim designari ubi hæc agerentur.

Ego cum hæc legissem obstupui: nec credere poteram illius fore Epistolam, amici & modesti viri: attamen adhuc in memoria hærebat prior Generi vt rebar Epistola: nam nunc, nunquam illam eius fuisse puto, sed nec quicquam tale vnquam excogitasse, cum ab eo tempore vsque ad hanc diem, & amicus & iratus, semper me coluerit, neque vilius de me malæ opinionis, nedum tam absurdæ vestigium ostenderit: Omitto reliqua si etiam hæc credidisset vir alioquin prudens, quorsum Epistolæ mandare, quæ in manibus multorum esse posset, & socerum reprehendere criminis, quod vt incertum saltem erat: ita fœdum, turpe, & ei graue futurum. Statim ergo vestem postulo, aded Florauentum, interrogo de Epistola, fatetur esse suam: tunc magis etiam obstupui: neque enim prorsus de dolo suspicabar, nedum vt cogitarem. Cœpi rationibus agere, & interrogare vbinam hæc tam celebria Concilia agerentur? in hoc cœpit nutare, nec habebat quod diceret: solum iactabat famam publicam, & gymnasij Rectorem, erat enim totus ille additus Delphino: nihilominus vbi vidit rem eò spectare, vt potius ipse in periculum non leue, quam ego in suspicionem criminis traheretur, consilium mutauit, & cessit, videbat enim quamuis vt dixi simplex, quantam rem ageret. Itaque ex illa die cessarunt omnia hæc, & machinæ excogitæ ruerunt: dicam autem, vt post intellexi, quonam pacto res agitata sit: persuaserant lupus, & vulpes pecudi illi, si ego non essem, omnino decreuisse Senatum, vt munus proficendi Papiæ illi secundo loco daretur; nam primum concursor ipse, ibi arrogabat successionis antiquo quodam, & visitato more, locum suum vulpecule retineret, sed non sic erat, vt postmodum euentus docuit. Ergo absoluto primo actu tragediæ, inchoatur secundus, qui lucem attulit primo: ante omnia ergo curarunt, vt hic (qui rubori esse debuerat patriæ, familiarum, Senatui, Collegio Mediolanensi ac Ticinensi, Concilio professorum, discipulis denique) Academiam Assidatorum Papiæ ingrederetur, in qua erant plures Theologi egregij, duo Principes Mantuæ Dux, & Marchio Piscariæ; & quoniam me ægrè eò deduci videbant, vt consentirem, minas addiderunt; quid facerem, percussus tanto filij casu? omnia aduersa expertus, tandem acquieui, tum maxime, quod me eò proficendi munere in Academia, certis quibusdam diebus liberarent: neque tum ego animaduertebam technam, vt vellent recipere eum, quem omnes Ordines iam nondum xv. exactis diebus, vellent proscribere, tanquam omnium puerorum coniugem, ô fidem Deum! ô immanitatem mortalium! ô sceleratorum amicorum, & proditorum acerbitatem! ô impudentiam, & scuitiam serpentibus maiorem! Quid plura? in primo ingressu, animaduerto sic collocatam trabem; vt facile esset, quemcumque ingredientem lapsu inconsiderato posse occidere: nescio modo an fortuito, an consulto id egerint. Verum quanto rarius poteram,

poteram, fingendo causas & cum irem importunè & inexpectatus, aderam; obseruans diligenter mulcipulam, sed nihil hac actum, seu quoddam non tam publice facinus perpetrandum existimauerint, seu quoddam omnino de eo non cogitarent; aut quod alia in consiliis agitauerint. Vnum est, quoddam intra paucos dies vocatus ad filium Petri Marci Throni Chirurgi ægrotantem, extulerant piambum in ostio, quo iuncea si paria retineri fingebantur, quicquid sit, quomodo, & qua arte id factum, non assequor, vt decideret: decedit ergo, si attigisset actum erat de me, quàm parum abfuerim, Deus nouit: Ex hoc tunc cœpi suspicio quid suspicari, inscius tamen quid suspicarer, tantus erat mentis meæ stupor. Sed audi tertium actum qui omnia detexit, venit paulo post Pecus illa rogatum, quoddam uellent Missam celebrare nouâ, vt duos quos habebam pueros Musicos, mutuo concedere uellem ad celebritatem: norant autem prægustatores esse mihi, & cum ancilla conuenerant de veneno dando: antea uerò rogarant Herculem, vt huic negotio interesse uellet; ille nihil mali cogitans, pollicitus fuerat, sed vt uidit etiam hos requiri, malum suspicatus est; itaque respondit, solum vnus est Musicus, non duo; tum Florauantus uir rudis, adeo ardebat cupiditate abducendi, vt dixerit, det ambos, nouinus enim quod, & ipse Musicus est, & licet non aded expertus, cum aliis tamen chororum puerorum implebit, respondit Hercules, sinite parum (erant enim duo) vt colloquar herum, venit itaque instructus omnibus modis, vt si non prorsus fuisset amens & excors, possem facile interpretari, quid agitarent, cum tamen neque tunc animaduertenter: satis ergo habui pueros (horcante me Vicecomite) non dare: itaque discesserunt illi, respondit enim Hercules, puerum alterum prorsus ne notam quiddam Musicæ cognoscere. Non exactis quindecim diebus, vel paulo pluribus, reuertuntur iidem, rogant vt mutuo dem pueros illos, uelle recitare Comœdiam; tum uerò Hercules ad me rediit, dicens, nunc iam aperta est fabula, uolunt detrahere domesticos omnes tuæ mensæ, vt uenote enectis: neque solum diligenter huiusmodi technis prospiciendum est, sed cuiuscunque occasione, haud dubium enim est, quæritare illos in exitium tuum, dixi ego puto, sed tamen non poteram tantæ rei acquiescere. Quid dicam respondi Herculi, ille, tibi opus esse tuis domesticis, & ita illi abierunt. Tandem vt reor multis consultationibus actum est, vt omnino me perderent: Erat dies sabbati vi. ni fallor, Iunii, iuxta mediam noctem expersilcor, inuenio me carere annulo, cui inclusus erat hyacinthus: iubeo puerum surgere & quærere, sed frustra quæsiuit, surgo, impero vt lumè accendat, vadit, & redit: negat adesse ignem, comminatus ego grauiter: iterum iubeo quærere, venit lætus cum forcipe ferens ignem, carbonem scilicet ignitum quantitate ipsi, dico non satisfacurum, negat esse alium, iubeo vt insufflet, cum ter insufflasset, amissa spe flammæ, dum remouet candelam ab igne, flammæ emicuit magna, & candelam accendit: Ego dixi animaduertistine Iacobe Antoni (hoc

enim erat prænomen) equidem ille respondit, quid? dixi, quoniam candelæ, nulla à carbone flamma edita, tamen accensæ est, dixi ergo caue ne iterum extinguatur; quærimus annulum, inuentus est in paumentò è regione mediæ lecti, vt eò peruenire non potuerit, nisi magna vi excussus à muro, & resiliens: Voui ergo me non exiturum die sequenti domo, fauebat occasio voto, festus enim dies fuit, & mihi nullus æger: Ergo mane adueniunt quatuor, aut quinque ex discipulis meis, cum zapphira, rogantque, vt uelim interesse cœnæ in qua omnes professores Gymnasij, & Academiæ nobiliores adfuturi erant, nego me posse, ipsi quod scirent me non prandere, & ob id interesse nolle existimabāt, inquirunt, tua causa distulimus in cœnam; rursus respondi non possum omnino, rogant causam, dixi de prodigio, & voto, omnes admirabantur, sed duo ex his se intentè respiciebant, rogarunt sæpe, ne uellem tam celebre conuiuium mea absentia conturbare, respondi vt prius: circiter post horam iterum redeunt enixius aliquanto rogarunt, respondi nolle votum frangere: omnino decreuissè non exire domo: quamuis uesperu obnubilato aère, exierim ad inuisendum macellarium haud diuitem ægrum, nam voto non uetabar. Itaque consultus semper mansi, donec ex patria discessi, nam statim deprehensum est uulpeculam successisse in munus profitendi à Senatu, & saltantem, & gaudentem quod hoc ei obuenisset: sed ô mortalium spes! non ter aut quater professus est, inuasi eum morbus, vt audiui, qui perdurauit circiter tres menses, & obiit: solo crimine perussus, intellexi enim post quandam è suis, à poculis in conuiuio destinatum rei conscium: Mortuus eodem anno Delphinus, paulo post Florauantus. Quin etiã in insidiis Bononiæ erga me fabricatis, idem in totidem Medicis licet aliquanto serius accidit, mortui enim sunt qui quærebant animam meam: si tamen Deus annuisset tot calamitatibus afflictum me pro beneficiorum mercede, quæ in humanum genus adeo assidue contulit, ita remunerassent. Didiceram autem abstinere ab huiusmodi casibus, patri Pauli qui ueneno obierat, & patris qui bis uenenum sumpsit, licet euaserit dentibus amissis; exemplo.

Quid postmodum, eodem fermè tempore malorum non accidit: mense Iulio coactus iter agere, ob grauè morbum quo nepos infans Pappia premebatur, cum essem Mediolani. Ex illo correptus Erysipelate in facie; tum etiam ob dentis dolorè, parum abfuit quin sectione uenæ occurrerem, ni succedens nouilunium continisset: à nouilunio melius me habui, & ita euasi utrumque morbi periculum, & auxilij. Inde necem intentatam à domestico ob pecunias, quam solum paucis horis præueni. His successit podagra grauis & longa: subij & anno lxxii. uitæ pericula non leuia ex insidiis, cum parum mihi notæ essent uia Romæ, mores aded inconditi, vt multi Medici me ipso cautiore, & peritiorè consuetudinis, causam mortis inde contraxerint. Ergo cum uiderem me potius prouidentia diuina seruatum, quàm propria solertia, desij, in posterum sollicitus adeo esse de periculis: uerum quis non

CAPVT XXXII.

Honores delati.

HONORUM neque auidus, nec cupidus, nec Hamator fui: vt qui intelligerem quantum mali in vita humana afferrent. Ira magnum malum est, sed temporale, honoris incommoda sunt perpetua. Primum honoris studium exhaurit opes, dum labores vitamus: & reliquas lucri ansas, dum ambitiosè vestimur, conuiuiamur, & plures domesticos alimus: idè cogit nos ad mortem, tot modis vt non succurrat numerus, Monomachia, bello, rixa, libitibus improbis, assidendo apud Principes, conuiuiis importunis, concubita cum vxore, vel meretrice: experimur maria, profitemur honorificū pro patria pugnare: familiare erat Brutis se deuouere in praelio, Scauola exurit dextram, Fabritius autem teiicit, hoc forsā prudentis, cætera stultorum, imò amentium exempla. Non est vt iactes patriam: Quid est patria, nisi consensus(maximè loquor de Romanis, Carthaginensibus, Lacedæmoniis, Atheniensibus, qui hoc prætextu mali bonis volebant dominari, luxuriosi miseris) tyrannorum minorum ad opprimendos imbelles, timidos, & qui plerumque sunt innoxij. O improbos mortales! An putas illos adèd vitæ prodigos, vt motrem pro patria honoris gratia subire vellent! sed rustici, pauperes secum versabant illud, quid me miserius! sed si vixero, ego numerabor inter Principes ciuitatis, & aliena vt hîc & ille bona possidebo, vt nunc alij mea: si moriar, descendentes ab aratro ad currus, & pompas vocabuntur; hic erat amor patriæ, stimulus honoris. Nolim subijci his accusationibus, neque vrbes illas, quæ pugnant pro libertate: neque eos Principes, quorum fructus Principatus solum est iustitiam tueri, bonos fouere, miseris eleuare, virtutes alere, proprios & eos qui plurimum iam potentiz sunt consecuti meliores efficere, vt præmium talis honoris solum sit labor: neque hoc est vitium vrbium, velle dominari, aut ciuium præminere aliis, sed necessitas ordinis efficit dominationem, improbitas tyrannidem. Sed redeamus ad trita, nam hæc pauci norunt: honos subripit tempus, dum tot hominibus, tot salutationibus cogimur aures præbere: eripit studia sapientiz, quibus nihil in homine diuinius potest inueniri. O quot mortales iacent, nec digni auditores, qui si duas illas horas quas diebus singulis comando se, & exornando consumunt studiis impendissent, biennio toto, aut triennio, iam possent profiteri? hoc honoris præmium ac decus. Idem impedit curam familiarem etiam filiorum, quid amentius? Subiicit nos inuidiz, ex inuidia odium & emulatio, ex his infamia popularis, insectationes, accusationes, mortes, amissio honorum, supplicia; eo amittimus magnam partem libertatis si non totam: Quin etiam si cum populo sentire velis, quicquid boni nobis in hac vita relictum est, ipsam voluptatem. Hac ipsa via ad perniciosissimam malorum (quasi protectore illo) honestè progredimur, scilicet ignauiam, hanc ingredimur improbi adolecentes, hoc ipso domus pe-

nitentur funditus, & euertuntur. Omnia quæ appellantur bona, aliquid huiusmodi boni retinent, præter honorem: Filij, perpetuitatis initium: Amicitia, partem felicitatis non leuem: opes, commoda omnia: virtus, in infelicitate solatiū, in felicitate ornatum, societates & collegia, securitatem magnam, & nunc & alias semper. Nunquid ergo perpetuos honores deuitare debemus, ac fugere? Non sanè, primùm cum honos, opes, potentiam, & lucra adauget vt in magistratibus, & Medicis, atque pictoribus, & generaliter in artibus, vnde dici solet honos alit artes: secundo cum honos lenat hominem à periculo, vt Collegia & Congregationes, in his qui iuuuilla grati laborant, & in falsa calumnia & damnatione præpostera. Tertio cum honos addit potentiam, hoc maximè in militari arte, & quibusdam magistratibus, quorum est vicissitudo per optionem, vt vocant, & successiuos ex ordine gradus. Generaliter vel ad sarcindum ignominiam & dedecus, quæ sunt deteriora honore, vel ob utilitatem quæ ex coniuncta illi re sequitur, vel cum versaris vbi incognitus sis. Quartus est cum potes illum exercere gratia virtutis, nec labor multum impedit. Ergo in huiusmodi manere, neque fors avara fuit: puerum Cardani, multi comitabantur cum eo me contulisset, in augurium quoddam fortunæ meæ: vbi adeptus literas Latinas, statim etiam in vrbe nostra cognitus fui: Post vbi Papiam me contuli multi me sponte comitabantur, & oblata fuit conditio, quam si amplexatus fuisset, ad magnos honores aliquando cum Pontifice Pio quarto via paruisset: disputari satis feliciter, & mecum Mathæus Curtius honoris causa congressus est; professus sum Mathematicas anno vnico, nam Academia dissoluta est anno M. D. xxxvi. vocatus ad Pontificem Maximum Paulum tertium: Tum iam duobus ante annis Mathematicas profitebar, Geometriam, Arithmeticam, Astrologiam, Architecturam. Anno M. D. xlvi. oblata est conditio ab Illustrissimo Morono proficendi Romæ, cum honorariis etiam Pontificis. Sequenti per Andream Vesaliū, & Legatum Danicū, in singulos annos aurei coronati Pannonici ccc. & vi. super vestigialibus pellium nobilium: hi à regia pecunia differunt octaua parte, & quidem tardius numerantur, & non adèd integra fide, sortique in parte subiaccnt. Et victum pro me & quinque familiaribus, & tribus equis. Tertia fuit in Scotia, verecundor summam explicare, vt in paucis annis fuisset ditissimus: Priorem non accepi, quod regio esset admodum frigida, & humida, homines planè barbari, ritus sacrorum & præcepta multum à Romana Ecclesia alieni: Hanc quæd non liceret pecunias per trapezitas ac cursores in Angliam, quanto minus Galliam, aut Italiam trahere. Hæc fuit anno M. D. lii. mense Augusti; mense Octobris studiosissimus Princeps Badolphiæ, & à Secretis Gallorum Regis Vilander conditionem aliam obtulerunt, D. ccc. coronatorum in singulis annos: Et si vellem solum Regiam manu deoculari (vt dicunt) ac statim discedere, roquem antecorū D. Alij sollicitabant pro Cesare qui obsidebat Mediomatunū, seu Diuodunū.

Ego

Ego nulli volui assentiri : huic quòd viderem in summis difficultatibus (vnde maximam partem exercitus frigoribus, & fame amisit) versari; illi quod non par esset relinquere dominum, vt hosti illius adhæretem. Ergo dum Antuerpia Basilæam me conferrem, Illustris vir Carolus Affaitatus me in villa sua excepit, & vel inuicem omnibus artibus conatus est Mula generosa donare, quæ ad pretium propè C. aureorum accedebat: Erat enim vir singularis humanitatis, ac libertatis, & amator hominum virtute præstantium. In eodem itinere nobilis Genuensis Azalinus, Aisturconem obtulit (Angli cum appellant patria lingua *Obinum*) pudor me continuit, secus accepturus, cum nihil posset formosius iudicio meo, aut præstantius desiderari, candidus totus, teres, erant autem duo prorsus similes equi, optionemque offerebat: Anno sequenti oblata est conditio à Principe Dom Ferrando (vt moris erat eum appellare) xxx. M. Coronatorum, vt fratri Mantuæ Domino, (& vt vocant Duci) perpetuo inferuirem: numerabant die prima inter reliqua M. coronatos, non placuit recipere: admirabatur Dom Ferrandus, ægre tulit. Ad id propensior, quòd tentasset me pro negotio illi honesto, mihi non ita, & hortationes non valuissent, & ad minus conuersus esset: intellexit denique cur malle (more Hermelinorum) mori quam fedari, plurimumque ab ea die in posterum me amauit, vt mos est eorum qui animo sunt generosissimo. Fuit & vt dixi an. M. D. lii. sexta Proregis Brisfaci, qui omnia offerebat, præcipue suauitudo Ludouici Biragi Illustris Ciuisque nostri: cæteri vt Medicum accersiebant, Brisfacus vt Machinatorum, sed multum aberat à votis. Interim antequam diuertam à proposito, verbo vel vno docere volo, cur tam locuples conditio à Rege pauperrimo, qualis est Scotia, cui non amplius vt referunt xl. M. aureorum reddituum est in anno, offerretur? Subiunt proceres, vt dicunt xiv. M. (quamquam non tot esse putem) hac lege deuinçti, vt pro Regno armati in Castris sint per menses tres, precario alij dicunt: Et dum moritur aliquis, Rex est tutor (& ex consuetudine, cui Rex hoc munus delegauerit) filiorum, donec maximus natu xxi. annum attingerit, seu expleuerit. Interim victu & vestitu dempto, redditus omnes sunt tutoris, absque ratione reddenda, nam in locum Regis venit: Et quod maius est, seu masculus, seu femina, tutor connubio cui vult iungere potest, modo is, vel ea quæ iungitur, & ipsa nobilis sit, eamque dotem, non pro conditione pupilli, sed dantis accipere cogitur. Redeo ad nostra: ter Papiz conductus sum, seu quater à Mediolanensi Senatu: ter à Bononiensi, quamuis irrita fuerit vltima. Rediitum meum è Scotia Lutetiz præstolabantur xl. viri nobiles: vt meam experirentur in arte Medica operam, & vnus M. coronatos suidantaxat causa, offerebat, sed ego vix transire poteram, certè ausus non sum: Extat Epistola Præsidis Lutetiani, Emari Rauconeri, viri, vt dixi alias, Latine Græcque eruditissimi de hoc. Dum per Galliam, ac Germaniam transirem, non aliter accidit mihi, quam olim Platoni in Olympicis. Testimonium

quoque, de quo diximus, Collegij Patauni, recitauimus ad vrbis Præfectum: cui non ab simile fuerit, quod Venetiis, cum nisi nemine reluctante res confici posset, erant autem supra lx. suffragia, omnia obtinui: simili felicitate cum essent xxix. suffragia in Bononiensi Senatu, xxvii. electus sum, cum minori numero xxv. non potuissim. Et illud, omnibus gentibus non solum notum fuisse, sed etiam totius orbis Principibus, ac Regibus, & Imperatoribus nomen meum: quod & si absurdum possit dici, & inane, illud negari non potest, vt si singula spernas, aceruus contemptu indignus esse nequeat. Scientia multarum rerum, itinera, pericula, munera quæ exercui, conditiones oblatæ, Principum amicitia, fama, libri, miracula circa sanationes, & in aliis quæ contigerunt, & res raræ penè supra naturam, Spiritus insuper, & cognitio splendoris: E tribus esse Collegiis Mediolanensi, Papiensi, atque Romano. Omnium autem honorum, nihil à me vel verbo quaesitum, præterquam Collegium Mediolanense in quo coopertus sum mense Augusti M. D. xxxix. in fine; & profitendi Bononiæ, ambo necessitate coactus, non ambitione stimulatus. Decoratur præterea sum ciuitatis beneficio à Bononiensi Senatu: In vniuersum, vt dixi, honor res misera mortalibus, sed si ad rem hic, non solum plus aliquid consequutus, sed multo quàm sperabam, velut & illud cognominis, sed de dedecore sermonem faciamus.

CAPVT XXXIII.

Dedecora, quis locus somniis? De Hirundine in insignibus.

Dedecoris igitur ratio longè aliter quam honoris est interpretanda: vt fugere honores plerisque præstat: dedecora vero pati, nemini vtile aut honestum iuxta popularem opinionem credunt, dici enim consuevit:

Veterem ferando iniuriam inuitus nouam.

Vbi enim feras, vt neglectum agredientur & profligabunt, neque de pueritæ ætate agendum est, quia non est capax dedecoris, sed si modo, conuenient illud Horatianum de patris educatione:

Ipsè mibi custos incorruptissimus, omnes Circum doctores adaras.

Verum vt dixi dedecora & turpitudinem ferre, primum omnia parit incommoda quæ honor, sed maiora: Maximè autem sunt talia quæ circa fœminas versantur: cum verò duplicia sint dedecora atque honores, pestifera illa est hominis fors, quæ in cura habet honores; intus autem dedecore marcida est, honorantur à stultis, & à plebe, odio habentur à præstantibus, ab insolentibus iridentur: Contra qui intus honorantur, extra contemnantur: horum vita tuta est, & quieta si per eosdem liceat, vt sint contenti sorte sua. Qui vtrinque spreto, & inanes dedecoreque premuntur, hi sunt vt geruli, & agricolæ apud nos, qui si sub iustis Principibus vitam agent, satis bene valent, maximè si in vnum per societatem coierint. Qui verò intus & extra honorantur

norantur

norantur calumniis, insidijs priuatis, accusationibus sunt valde obnoxij: à publicis iudicijs tuti sunt: quod homines tam iustos offendendo, populi inuidiam, vel etiam vitæ periculum vereantur. Dum essem Bononiæ, & ageretur de conditione paciscenda, bis aut ter nomine Senatorum & Iudicum venerunt noctu, qui petebant, vt subscriberem, mulierem iam damnatam, de impietate, & veneficio seu maleficio, prætorio & Pontificio nomine esse absolendum: maxime hoc argumentum, quòd iuxta Philosophos nulli essent demones: aliam mulierem (sed hæc nondum erat à iudicibus damnata) vt iuberem à carcere liberari cum perisset æger in manibus aliorum Medicorum: afferebant quoque, natiuitatum fasciculos, vt de his pronunciarerem, tanquam ariolos & vates, non vt Medicinæ professor, omnes tamen hi nil tulerunt, præter irritum laborem, & malum nomen. Principio tamen cum essem xii. annorum, & exonerasset sagittam pyrro puluere plenam, & chartaceo operculo vulnerata foret vxor honesta Musici: in mala colapho cæsus sum aded acriter, vt ceciderim. Disputatio habita Mediolani fuit cœpta supra vires, & parum feliciter cessit. Violentia quorundam Medicorum addactus sum anno M. D. xxxvi. seu xxxvii. turpi conditione pacisci cum Collegio, sed vt dixi, postmodum dissoluta est, anno M. D. xxxix. & restitutus sum integrè. Anno M. D. xxxvi. cum curarem in domo Bonromeorum, vidi diluculo per somnium serpentem magnitudinis eximiam, à quo interfici timebam: paulo post aduenit nuncius vt inuisam filium Camilli Bonromei Comitit (vt vocant) & viri illustris atque primarij, eo ad illum: videtur puer (erat enim septenis) exiguo laborare morbo, sed obseruanti pulsum, quarto ictu perpetuo intermittebat: rogat mater Comitissa Corona, quomodo se habeat? respondi non videri magnam febrem, nihilominus quòd ad quartum ictum perpetuò cessaret vereri aliquid, quod nesciebam (nondum enim libros Galeni de Præfagijs ex pulsibus, habebam) itaque cum per eadem omnia vsque ad tertiam diem permansissent, medicamentum quod vocatur Diarob, cum Turbit, propinare in morsulis decreueram: & iam conscripseram, nuncius ad Pharmacopolam ire ceperat, recordor somnij, *Qui scio, mecum dixi, ne hic puer moriturus ex signo præscripto?* (Et postquam libri apparuere ita inuētum est) *causamque Medici ista adeo mihi infensi, in medicamentum referant;* reuoco nuncium, qui nondum quatuor passibus ab ostio aberat, dico deesse quippiam quod addere vellem, lacero prius factum, clam, & aliud scribo è margaritis, osse monocerotis, gemmis. Datur puluis, euomit: intelligunt astantes malè se habere puerum: aduocantur tres Medici principales: sed ex his vnus mitior, qui in casu filij Sfondrati interfuerat, vident medicamentum descripticnem: Quid facias, quamuis duo me admodum odissent, Deo non permittente vterius grafari, non solum collaudant medicamentum, verum denuo exhiberi iubent, quod factum me seruauit; cum venisperi venissem intelligo omnia: mane sequenti in aurora aduocor, vi-

Tom. I.

deo laborare in extremis puerum, patrem plorantem, proiectumque: *Ecce, inquit, quem dicebas non egrotare:* (quasi hoc ego dixissem) *saltem ne deserat illum donec viuat:* pollicitus sum, animaduerto detineri à duobus nobilibus paulo post; insurgere tentabat exclamans; non permiserunt, causam in me reiciebat: Quid plura, si locus fuisset medicamento Diarob cum Turbit (quod sanè non tutum erat) de me actum fuisset, cum vel sic tam grauitèr donec vixi: de me quereretur, vt omnes fugerent: Velut ine canidia afflasset peior serpentibus Afris; sic eualsi mortem, & commutauit iacturam ex infamia in studia, vt postmodum non pœnituerit. Non credam somnium illud, vt neque alia narrata superius, fuisse fortuita, sed vt facile est videre monita, vt quæ ab animo pio à multis oppresso miseris, quem Deus noluit derelinquere: sed eo stimulo excitatus, cum visio congrueret negotio, erat enim domus in campo B. Mariæ Pauonis, tota depicta serpentibus, vt qui viperam habeant iunctam veteribus insignibus Bonromeorum: vt nos Cardani antea pro insigni arcem rubram cum suis turribus, sed turricula insuper in medio nigra, & spatium circa arcem album, vt turricula distingueretur à Castellioneis, quorum nomina insigne declarat oppidum leone: Cæsar ergo Cardanis Aquilam nigram (præter rostrum) totam expansis alis (aliqui ore integro, alij diuiso depingunt) spacio croceo superaddidit: Vnde quidam spacia vtraque crocea seu aurata depingunt, alij antiquo more Aquilæ croceum, arcis album. Quin & ego ea die qua detentus sum, hirundinis imaginem sub tegete seu nubilario canentis, sigillo adieci, quod difficillimum esset insignia ob colorum varietatem referre. Accepi hirundinem multis modis conuenientem moribus nostris, innoxia mortalibus: pauperum societatem non abhorret, cum mortalibus versatur perpetuò, nunquam tamen familiaris, mutat regionem, idque reditque sæpius, connubialis non solitaria, neque gregalis, cantu oblectat hospitem, carceris impatiens. Redeunt (soli) oculi obcæcati, & cum tantula sit, lapides perpulchros in ventre gerit, gaudet mirum in modum aëris elementia, & calore. Artificiofa, in condendo nidum, vt soli Alcyoni hac in parte inter aues cedat: alba sub ventre intus desoris nigra, remeat ad hospitium quasi grata & memor, nulla auis etiam carniuora eam persequitur, nulla illam volatu vincit, aut æquat: sed redeo ad historiam, bis in Saccenti oppido cura cum ignominia mihi cessit, matrona ciue nostra Rigona cui in sexta sanguinem mihi ex pede, in septima obiit: Alteri qui pauper erat, & patronalis Ecclesiæ (vt vocant) nolam, seu Campanam dictam pulsabat, cum medicamentum dedissem, nocte illa ni fallor obiit. Causa in vtroque eadem, quod huimodi morbum quo ambo laborabant, nunquam videram; verum parum abfuit infamia, quæ si increbuisse malè actum foret mecum, aded profligatis rebus meis, tam priuatis quam publicis, sed Vignani factum malè quoque cessit citra mortem tamen, vnde & nos deteliquit, cum nouem ex illa domo sanitati per me restituti fuissent; ter ergo

C in

in li. annis, quibus sum à Medicinâ erravi, cum Galeus non se accusavit, quia toties errauerat, vt accusatio non habeat locum excusationis. Itaque dedecori nulli publico obnoxius fui, sparis verbò vocibus nullo auctore, nemo magis, maximè Mediolani, Bononiæque: credo vt redderent gratias locupletes cui suo; Papiæ nihil tale, quamuis verè cuius eius vrbis, vt qui in ea natus & nactus domicilium. Verùm vt febris quosdam morbos finit, & ægros à morte liberat, qui nusquam aliter sanari possent, vt Hippocrates auctor est in Aphorismis; ita carcer ille superueniens clamoribus tot scelerum, omnia illa extinxit, vt nec suspicionis vestigium emicuerit, argumentum sanè quantum possit inuidia. Et vos Medici: Quid vobis feci? Ergo dedecora, & vituperationes finem quasi inuenerunt, vnde initium sumpsisse sperabant. Sed relinquamus sermones hos de infamia & dedecore, quæ nostra ætate ad foeminarum opprobria magis quàm virorum pertinent: nonne insigne illud commentum fuit Bononiæ Dialogi qui circumferebatur sub Melanphronis, id est obscuræ & nigre sapientiæ nomine: sed adeò incomptè fabricatus, & infeliciter editus erat, vt experientia ipsa docuerit, auctorem facti, nec albam, nec nigram sapientiam habuisse, vnde coacti sunt suum laborem ipsimet disperdere: sed redeamus ad patriam, vbi reiectus sum à cura hospitalis B. Ambrosij, quæ in annum præstabat vii. aureos viii. non attingebat: & eram ni fallor annorum xxxvii. iam antea excideram anno xxix. ex condictione villæ seu oppidi Carauagij, stipendium non attingebat lxxx. aureos: labor clitellarum, at Mazentæ iam pactum contraxerant; erat circiter lv. ego iam transacta hora me subdixeram, tam parum absuit ne ibi contabescerem, si non potuissem consensescere. Bassani circa annum xxix. quamuis intercedentibus amicis non accepi munus medendi, cuius munerarium erat centum aureorum: Est autem oppidum in agro Patauino. Sed præclara fuit oblatio Cæsaris Rincij Medici è primariis nostræ ciuitatis, vt si vellem suscipere curam villæ cuiusdam in agro Nouariensi, & distabat ab vrbe nostra L. M. passuum, daturos illos xii. ni fallor coronatos pro annuo stipendio. Non mireris ergo si in Saccenii oppido nihil habebam stipendij, & perseneraui quinque annis: Et Io. Petrus Pocobellus Modætiæ, & Io. Petrus Albutius Gallareate patrimonium acquisuerunt aureorum prope xx. Hoc contigit ductis vxoribus in spem hæreditatis; quamuis vterque eorum non aliud matrimonium inierit prima superstitite.

CAPVT XXXIV.

Magistri mei.

Pater meus in prima pueritia Arithmetice rudimenta, & quasi tum arcana (nescio vnde sumpserit) familiariter me docuit, anno circiter nono. Paulo post etiam Arabiæ Astrologiæ, dum & conaretur memoriam in me artificialem instillare, sed ego ad memoriam illam minimè aptus eram. Post xii. annum

docuit me primos sex Euclidis libros, sed ita vt quæ per me ipsum intelligere possem, nullam impenderet operam. Hæc sunt quæ sine ludo literario adeptus sum ac didici, sine lingua Latina: anno xx. fermè exacto ad Academiam Papiensem me contuli, xxi. in fine disputavi sub Curtio Medicinæ primario, qui me dignatus est honore argumentandi, cum nil tale ab eo sperare ausus essem. Audiui & Brandam Porrium in Philosophia, & quandoque Franciscum Taegium Nouariensem, anno M. D. xxv. Petauij audiui Curtium, & Memoriam in Medicina. Tum vidi Hieronymum Accorumbonum Medicinam practicam (vt vocant) profitentem, & Tofetum Momum inter professores, & Hispanum Philosophum magni nominis.

CAPVT XXXV.

Alumni, atque discipuli.

Primus eorum fuit Ambrosius Bizozorus qui euasit in nauis Epidauricæ gubernatorem, vir ingeniosus & audax. Secundus Ludouicus Ferrarius Bononiensis, qui Mathematicas, & Mediolani, & in patria sua professus est, & singularis in illis eruditionis. Tertius Io. Baptista Boscanus, qui à libellis fuit Senatus Cæsaris Caroli V. Quartus Gaspar Cardanus nepos alterius Gasparis patruelis mei, hic Medicus euasit, & Medicinam publicè Romæ professus est. Quintus Fabricius Bozius, qui militiam exercuit Taurinæ regionis, licet pro Mediolanensi habitus. Sextus Iosephus Amatus à Secretis Proconsulis Prouinciæ nostræ. Septimus Christophorus Saccus, qui tabellio publicus factus est. Octauus Hercules Vicecomes Musicus, iuuenis, lepidus, & gratiosus. Nonus Benedictus Cataneus Papiensis, qui operam dedit Iurisprudentiæ. Decimus Io. Paulus Euphonia Musicus, & satis eruditus. Vndecimus Rodolphus Syluester Bononiensis qui euasit Medicus, & Romæ dum hæc scribimus Medicinam exercet. Duodecimus Iulius Pozus Bononiensis: hic solus deseruit vadimonium. Tertius decimus Camillus Zanolinus, & ipse Bononiensis Musicus, & tabellio publicus elegantis consuetudinis. Quartus decimus Octauus Picius Calabrensis, qui nunc mecum est, ex his præstantissimi secundus, quartus & vndecimus: sed duo priores in iuuenta obire, secundus annorum xliii. quartus nondum xl. ingressus:

*Immodicis brevis est ætas, & rara senectus
Quicquid amas cupias, non placuisse nimis.*

CAPVT XXXVI.

De Testamentis.

Testamenta plura condidi ad hanc vsque diem, quæ est Calendarum mensis Octobris anni M. D. lxxvi. vltima per Iacobum Macchellum, & Thomam Barberium Bononienses; alia Mediolani per Bartholomæum Sormanum, Hieronymum Amatum, & Io. Iacobum

Iacobum Cribellum. Et nunc decreui aliud, & vltimum condere: sed & codicillos confeci. Omnium summa est, vt velim mea bona in filios transire si fieri posset, sed minor natu adeo malè se gessit, vt malim transire in nepotem ex primo filio. Secundum est, vt descendentes mei, sint sub cura, quamdiu fieri potest, ob certas causas mihi notas. Tertium vt sint subiecta bona fideicommissa; & vbi deficeret progenies mea, tunc ad agnatos patrimonium meum quantum fieri potest, inconcussum transeat in perpetuum. Quartum vt libri mei corrigantur, & edantur typis, vt ea mente qua conditi sunt, talem vltum præstent humano generi. Quintum est, vt Domus Bononiæ vbi stirps deficeret in Collegium Cardanorum familiz additum transeat, & hæredes si non sint ex familia tamen nomen subeant. Sextum pro opportunitate variationem suscipit.

CAPVT XXXVII.

Proprietates quadam naturales, mirifica inter quas somnia.

PRIMUM inditum naturæ vt ita dicam anomalæ, fuit ipsa natiuitas cum capillis longis, nigris, crispis, non sanè miraculosum; tamen planè portentosum: sed maximè cum exanimatus in hunc mūdum venerim. Secundum apparuit anno quarto, & durauit circiter tribus annis: Ex mandato patris quiescebam in lecto ad horam vsque diei tertiam, & cum ante illam euigilabar, quicquid supererat ad horam vsque diei consuetam in spectaculo iucundo consumebam, nec vnquam vana expectatione de illo frustratus sum. Videbam ergo imagines diuersas quasi corporum æthereorum. (Constare enim videbantur ex annulis minimis, quales sunt loricarum, cum tamen loricas nunquam eorsusque vidissem) ab imo lecti angulo dextro ascendentes per semicirculum, lentè & in sinistram occidentes, vt prorsus non apparetent: Arcium, domorum, animalium, equorum cum equitibus, herbarum, arborum, instrumentorum Musicorum, Theatrorum, hominum diuersorum habituum, vestiumque variarum, tubicines præcipue cum tubis quasi sonantibus, nulla tamen vox aut sonus exaudiebatur: præterea milites, populos, arua, formasque corporum, vsque ad hanc diem mihi inuisas: lucos, & sylvas, aliaque quorum non memini, quandoque multarum rerum congeriem simul irruentium, non tamen vt se confunderent, sed vt properarent. Erant autem perspicua illa, sed non ita vt proinde esset, ac si non adessent, nec densa vt oculo peruia non essent. Sed ipsi circuli opaci erant spatia prorsus perspicua. Delectabar autem non parum, & spectabam intentus hæc miracula, vnde matertera mea semel me interrogauit an aliquid viderem? Ego quamuis adeo puer, necum cogitabam, si fatebor indignabitur quicquid causam præbet huius pompæ, subtraheretque hoc festum: aderant enim etiam flores varij, & quadrupedia, & volucres cuiuscunque generis, sed omnibus tam bellè fabricatis deerat

Tom. I.

color, nam erant aërea: itaque ego qui nec iuuenis, nec senex mentiri solitus sum, diu steti antequam dicerem: Tum illa, quid ergo fili tam intentè respicis? Nō memini quid responderim ipsi, existimo autem nihil respondisse. Tertium fuit post hoc vt dixi, quod vix vnquam nisi prope diem incalcescerem, à genibus infra. Quartum quod postmodum totus à somno perfunderer sudore calido, & valde. Quintum quod viderem quam sapissime per somnum gallum, quem timebam ne loqueretur humana voce, inde paulo post ita contingebat: Erant autem verba plerumque comminatoria, nec tamen memini quid vnquam in tot vicibus audierim: Erat autam gallus pennis rubris, & crista atque submentis similiter, credo autem supra centum vices hoc vidisse: Post huiusmodi tempora, iam ineunte pueritate, cum hæc vis cessassent, alia duo apparuerunt, quæ perpetuò ferme manserunt, & nunc etiam manent: licet postquam problemata scripsi, & euulgauis amicis, vnum ex his interciderit aliquando; idque est, quod quoties ad Cælum oculos attollo, vidè Lunam, & verè video à fronte ex aduerso sitam: cuius causam ibi enarrati: alterum, quod cum fortuito animaduertissem casu ac fortuna, interueniente me rixis, nullum fieri sanguinem, nec quemquam vulnerari, consulto me immiscui certaminibus, atque seditionibus, sed neque tum cuiquam vulnus inflatum est: Post etiam cum veneratoribus iunctus nulla ferè vulnerata, vel iaculo, vel à canibus esset, & id obseruauis comitatus aliquoties licet raro admodum, tamen nunquam frustratus sum hoc privilegio: Adeo vt cum semel (dum comitaretur Istonij Principem Vigleuanum) captus esset lepus, & à canum moribus subtrahens inuentus sit illæus, illis non parum mirantibus. Solum in voluntariis sanguinis detractionibus, & his qui publicè plectuntur, hoc vt ita dicam privilegio, non sum potius. Et semel in arca templi magni Mediolani, dum quendam inimici eius in terram proiecissent, & aliquot vulneribus confecerent, ipso interuentu meo vnus cum clamantem percussit, statimque alios discedentes secutus est nec scio an illo vltimo ictu vulnerauerit. Octauum est, quod omnibus in occasionibus tum emeris, cum iam nullus auxiliator esse videretur: Et licet hoc sit naturale, modus tamen vt adeo frequenter, & semper, efficit vt nec naturale dici, nec existimari possit: licet illud de gallo visum fuisse in somnis, naturale sit, toties & semper eodem modo certè prodigiosum dici merito potest: sicut iacere alea legitima tria tantum pūcta, agendo de re aliqua magna ac negotio naturale est, ac existimari meretur, & vsque ad secundum ictum si repetatur: Ter autem & quater sanè suspectum etiam à cordato viro haberi potest. Et similiter de successu, quod non nisi explorata iam omni spe illuxerit occasio, vt omnino Dei voluntate factum videri debeat. Narrabo autem circa hoc duo exempla iatis euidencia. Eratque annus M. D. xlii. salatis, æstiuumque tempus, in quo solitus eram adire singulis diebus domum Antonij Vicomercati præritij nostræ vrbs, atque ibi totam diem

C 2 absumere

absumere certamine latrunculorum ; certabamus autem realibus vno, & vsque ad tria, vel quatuor in singulos ludos, adeò vt cum ego vincere essem assuetus, auferrem aureum propemodum vnum die singulo, aliquanto plus, modo aliquanto minus : ita illi volupe erat sumptus eo modo, mihi vtrumque sumptus & certamen; ex quo tamen adeo euilueram, vt iam toto biennio aliquotque insuper mensibus, neque artis exercendæ, neque lucri quod deperiebat totum, præter id quod nuper dixi, nec existimationis, neque studiorum rationem haberem : Die quodam prope Augusti finem, cœpit ipse consulto, seu quod iacturæ iam adeò assidue pigeret, seu quod existimaret ius mihi æquum esse, quod nulla ratione, nullo iuramento, vel execratione à proposito dimoueretur, adeò vt coëgerit me iurare, nunquam in posterum rediturum ludendi causa : Deierauique Diuos per omnes, atque ita dies illa fuit extrema, statimque me totum tradidi studiis : Et ecce mensis Octobris initio, Senatus, cum cessasset ob bella Academia Ticinensis, omnèsque professores Pisas se contulissent, profitendi in vrbe mea munus obtulit, idque insperato obligit, quod & amplexatus sum, quia ex vrbe non recedebam, alias nullo modo recepturus, vbi vel recedendum è patria fuisset, vel concursorem habiturus : cum nunquam præter Mathematicas, easque diebus tantum festis professus essem : amissurus lucrum ex vrbe quotidianum, & subiturus incommodum transferendi meos ac suppellectilem, & de existimatione periculum facturus. His de causis, cum sequenti anno, nollem à patria discedere, nocte præcedente diem qua Senatus misit, qui à me sciscitaretur, quid deliberassem (quis credat) tota domus funditus ruit, duntaxat seruato cubiculo in quo ego vxor, & filij dormiebamus : Itaque quod nunquam sponte facturus eram, nec sine nota facere potuissem, coactus sum recipere : Omnibus stupentibus qui rem norunt. Aliud autem dicam (cum horum explorum tota mea vita referta fuerit) sed in alio genere : laborabam & iamdiu ad desperationem vitæ vsque laboraueram, vt alias dixi empyemate illo notho. Legeram in collectis à patre meo, si quis hora matutina viii. Calendas Aprilis. exoraret virginem sanctã, vt filium rogaret pro re licita, genibus flexis, adiecta oratione Dominica, nec non salutatione Virginis Angelica, obtenturum quod petierit : Obseruaui diem horamque, peregi supplicationem, & tunc statim, sed die Corporis Christi, eodem anno, liberatus proflus sum, sed & alias multo post, memor facti pro podagra supplicauit (nam propriè de hoc, duo exempla pater adducebat eorum qui liberati erant) & multum profuit, inde etiam sanatus sum. Sed in hoc, auxiliis etiam artis vsus sum. Quatuor vero adducam exempla, atque proprietatum experimenta mirabilia de filio natu maiore : vnum à die sacri fontis; secundum ab anno illius supremo; tertium in hora ipsa qua confessus est causam, propter quam obiit; quartum quod à die qua captus fuit cœpit, & vsque in diem mortis perdurauit. Natus enim est anno M.D. xxxiv. pridie Idus Maias, & cum vitæ illius timerem

xvii. Calendas Iunij, quæ fuit Domini dies, leuatus est à sacro fonte, illucescebat Sol clarissimus in cubiculo, hora diei inter quintam & sextam : Omnes ibi iuxta puerperam de more, præter puerum famulumve : à fenestra abductum erat velamen lineum, & muro adhærebat : Crabro magnus ingreditur, circumuolat infantem, omnes qui aderamus timebamus illi, non nocuit, paulo post in velum impedit, tanto strepitu, vt diceret tympanum verberatum : accurrimus nil inuentum est, neque foras exire potuit, nobis id attentè obseruantibus : tunc omnes quod post euenit suspicati sumus, sed non tam acerbum exitum. Anno quo interit donaueram illi vestem sericeam nouam de more Medicorum, erat dies rursus Domini, iuit ad Portam Tonfani, ibi erat lanus, & de more ante ostium Porci, surrexit vnus è luto, & ita inturbauit, fœdauit, ac impulit filium, cum non solum famulus eius, sed lanij & vicini, cum hastis porcum depellerent, vt appareret rem esse prodigiosam, vixque demum lassas, & filio fugiente, ipsum reliquit : Ex hoc ad me tristis præter morem venit, & narravit omnia, interrogans quid sibi portenderet : Respondi caueret ne vitam ducendo suillam, etiam finem similem subiret, quanquam præter aliam & delicias gulæ, optimus esset iuuenis, & inculpatæ vitæ. Erat mensis Februarij, atque initium eius sequentis anni, cum ego degerem ac profiterer Papiæ, inspiciens forte fortuna manus, video in annulari dextræ in radice, ensis effigiem sanguinei, subito expaui : quid plura ? vesperti nuncius adest à pedibus, cum litteris generi, monet captum filium, vt veniam Mediolanum : eo die sequenti, signum illud liii. diebus intenditur, ascendit, cum ecce extrema die iam ad summum digiti pertingeret, & ruberet velut flammæus sanguis : ego qui nil tale suspicabar, territus ac mei impos, nesciebam quid agerem, quid dicerem, quid meditarer : noctis medio securi percussus est, mane signum penè euanuerat, sequenti & altera die abolitum est. Ante iam per dies ferme xx. dum detineretur in carcere plus minusve, studebam in bibliotheca, sentio vocem penè consentientis miserentium, & quam breui desinentium ; tum cor aperiri, dilacerari, auelli, coactus furore, exilio è loco in cortem, vbi alij erant è Palauicinis quibus domum locaueram : exclamo (non nescius quantum officerem causæ filij, si ille crimen non fuisset confessus, imò vel si innocens ab eo fuisset, *Hæi quia conscius est mortis vxoris, & nunc confessus est, & damnabitur capite, & securi percussietur.* Et subito accepta veste ad forum pergo, in medio fermè viæ, inuenio Generum mœstum, qui dixit, Quois ? Respondi dubito ne filius conscius facti omnia confessus sit; tum ille ita est, nuper hoc accidit : accurrit explorator quem ego supposueram, totamque facti seriem renunciauit.

Inter propria mihi secundum naturam fuit illud, carnem meam quippiam olere sulphur, thus, & alia quoque, præcipue contigit hoc circa xxx. annuam, quo morbo illo tam graui laboraui : inde fanitati restitutus, nam tum sulphur mihi grauitè olere brachia videbantur,

bantur, & tunc etiam pruritu laboravi, nunc autem cessavit hoc symptoma ab ingressu aeterni.

Aliud quoddam cum studerem, vacuus curis auxilio Magistrorum, neque Archimedem, neque Ptolomæum intelligerem: in profunda senectâ, cum forsitan xxx. annis intermissem, plenus negotiis, impeditus curis, nullo auxilio, clarè vtrumque assequor.

Somnia.

Nonne, & illud de somniis quoddam tam vera fuerint, admiratione dignum videri potest? nec minimam partem attingere velim: Quorsum enim? sed tantum lucidissima, & maxima decernentia negotia: velut cum circa annum M. D. xxxiv. in diluculo, cum nondum quicquam constitutum haberem, & omnia pessum in dies irent, vidi in somno me currentem ad radicem montis qui mihi à dextra erat, cum immensa hominum multitudine cuiuscunque status, sexus, ætatis, mulierum scilicet, virosum, senum, puerorum, infantium, pauperum, divitum variis modis vestitorum: inter, rogavi ergo quo curteremus omnes? Respondit vnus ex his, ad mortem: exterritus ego, cum mons à læva mihi esset, conuersusque vt à dextra ipsum haberem, vires (quæ medium illud montis, eoque vbi ego eram frondibusque interceptæ erant aridis, & sine vna prorsus, quales Autumnno videri solent) apprehendere, atque in montem ascendere cœpi; idque primùm ægre ob montem, seu potius collem, qui arduus in radice multum erat: postmodum ea superata, per ipsas facile ascendebam: & cum iam in montis esset vertice, ac tanquam vltra impetu voluntatis transiret, nudi lapides, & abrupti apparere: parumque absuit quin in tetram profundam, ac tenebrosam voraginem me præcipitarem, adeo vt memoria huius somnij cum sunt xl. anni me contristet, ac simul terreat: itaque ad dextram conuersus vbi ericis contentus solum campus apparebat, eo processit propter metum, qua iter agerem immemor, in vestibulo villici tuguri) palea, & iuncis atque arundinibus texti, me esse animaduerti, puerum tenens dextra manu, veste coloris cinerei, ætatis xii. circiter annorum: tuncque somno atque insomnio simul solutus sum. Quo manifestè ad nominis immortalitatem, ad labores perpetuos & immensos, ad carcerem, & metum maximum ac tristitiam, duram sedem ob silices, infructuosam ob defectum arborum, & herbarum vtilium, lætam tamen, æqualem, ac mollem. Perennem ergo in futurum gloriam docuit: nam singulis annis vinea vindemiam reddit. Puer ille si spiritus bonus, faustum, strictè enim tenebam: si nepos minus. Casa illa in solitudine spem quietis. Sed horror tantus cum præcipitio, etiam casum filij declarare potuit, qui nupsit, & perit indignum est credere fuisse præteritum, id verò Mediolani accidit.

Secundum, ibidem non multo post moranti: videbatur mihi quod anima mea esset in Cælo Lunæ, nuda à corpore, & solitaria, & ob id quærebar, audiui vocem patris mei dicentis, *Datus sum tibi custos à Deo, omnia hic*

Tom. I.

sunt plena animabus, sed eas non vides, vt neque me, sed illas neque alloqui licet: manebis autem in hoc cælo vij. millibus annis, totidemque in singulis orbibus, vsque ad octauum, post peruenies ad Dei Regnum. Id ego sic interpretatus sum, Patris anima tutelarum spiritus, quid amicis aut iucundius: Luna Grammaticam: Mercurius Geometriam, & Arithmeticam: Venus Musicam, diuinandi disciplinam, & poësim: Sol Moralem: Iupiter Naturalem: Mars Medicinam: Saturnus Agriculturam, herbarum scientiam, artes reliquas humiliores: Octauus orbis spicilegium, sapientiam naturalem, & varia studia, post hæc aliquando cum Principe requiescam. Id quasi expressum, etiam me non aduertente, in septem particulis problematum, quibus absolutis vel editis imminet tempus.

Vilus sum etiam aliquando iuuenem mihi blandientem agnoscere, cuius tamen experrectus minime memini, quem cum interrogassem quis esset, & cuius, grauatè respondit, *Stephanus Dames*: Non fert lingua Latina aliter explicari quam aliena sonet. Ego sapius cogitavi de hoc, *et ipse coronam significat ius & media, medieta sue.*

Aliud quod significauit Romæ quam ducturus essem vitam: vidi enim me anno M. D. lviii. vii. Idus Ianuarias cum Mediolani abique munere publico degerem: esse in Vrbe quadam multis Palatiis referta, atque ornata: Et inter cætera domo aurea, cui postmodum, vbi Romam veni, similem conspicatus sum, videbatur autem dies festus, & ego solus cum famulo, & mula, & ambo latebant post domum, audiebam tamen vocem famuli: ibi cum pauci occurrerent in via, & ab omnibus curiose sciscitaret vrbis nomen, nemine docente, anus quædam dixit vocari *Bachettam*, Latine virgam qua solent pueri vapulare, antiquo tempore ferulam, luuenalis.

Et nos ergo manum ferula subduximus,

Solicitus ergo ibam quærens, qui me doceret nomen verum: nam mecum dicebam, non est nomen hoc barbarum, nec in Italia vnquam intellexi esse talem urbem, hæcque iam obiecta anni, addidit, *In ea sunt Palatia quinque, vt ego vidi (inquit) plusquam viginti,* tum illa repetiit, *at non sunt nisi quinque.* Itaque nondum inuento famulo, nec mula, experrectus sum. Quod afferam certi, non habeo quicquam, soluti, illud apertum est Romam, & quid nomen illud Bachetta referret. Quidam dixit de Neapoli verbum. Hoc accidit in perturbatis causis, atque materia, aut diuino consilio.

Admonitus etiam M. D. xlvi. in ætate, dum Papiæ filius nati minor ægrotaret, tanquam moriturus esset, vt linqueret animo: expergiscor, & statim ancilla accurrat dicens, *Surge, existimo enim Aldam periturum:* Quid habet? *Oculus ei distortus est: acet, surgo, propino puluerem è margatitibus, & gemmis in quo spem habebam, euorauit: iterum exhibeo: detinuit, dormiuit, sudauit: intra tres dies conualuit:* Talia decent viros operè pios, fide in Deum firmos, consilio prudentes, sine salutari vt prouidi patres familias, viles captantes occasiones, seruandi corpora ac animam, quæ illi coniuncta est, & maxime congruent

C 3 Medicinæ

Medicinæ modo, quem volentes imitari alij, ridiculi habentur, velut vates inanes: neque enim in artem redigi possunt. Hic autem miser ille est, qui tantum mihi attulit negotij. Multa quoque somnia mirabilia vidi, & supra fidem, quæ volens præmo.

Hæc igitur mira, & diuersorum generum cogitationes, somnia, & momentanea quæntior, quorum tria superius recitavi, conductio Mazente, casus in mare, domus ruina, quartum ligulæ historia admirabilis, de qua supra egi. Itaque munera Dei à me sunt recognoscenda: nec quisquam, quod mihi accidit huiusmodi, vel casibus, vel occasione momentaneæ, vel somniis pro regula communi statuere velit: Abunde enim, & forsitan etiam grauiter decipietur; nec multo minus, qui volet in merita mea referre: sunt enim largientis Dei munera, non quicquam cuique debentis, & multo minus mihi. Multo etiam falluntur, qui ad industriam, ad labores, ac studia mea, quæ vix millesimam partem implere potuissent: pessime vero qui conficta à me inanis gloriæ studio, imaginari fuerunt, à qua plurimum absum: deinde cur velim virtutem non solum mihi (si ita vultis) insitam, sed quam à Deo partam scio, frivolis his neniis, ac falsis fabulis fœdere.

CAPVT XXXVIII.

Proprietates quinque, quibus adiutus sum.

HVcunque tanquam de homine locutus sum, atque etiam aliquanto hominibus cæteris, natura inferiori ac disciplina: nunc de mei ipsius natura quadam admirabili, & eo mirabiliore, quod in me sentio esse quippiam, quod quid sit nescio: Et id me esse, cum non à me proficisci talia percipiam, adesse cum expedit, non cum volo. Quod oritur inde maius est viribus meis, quod detectum fuit anno M. D. xxvi. in fine, seu initio sequentis, vt sint peracti ex eo anni supra xliij. sentio ingredi foris in aurem, rem cum strepitu ex ea parte directè, vnde fit sermo de me: & si ad bonum decumbit in latere dextro, aut si à sinistro venit penetrat in dextrum, & fit strepitus ordinatus: Et si contentiosus contentio mira exauditur: si ad malum decumbit in sinistro latere, venit ex parte ad vnguem, vnde voces illæ tumultuantur. Et ideo à quacunque parte capitis ingreditur. Et per sæpe cum res malè cedit, vox ex sinistra parte dum finiri deberet intenditur, & multiplicantur voces. Et per sæpe si res sit ex vrbe eadem, accidit vt voce vix finita, ingrediat nuncius, qui me vocet illorum nomine: Et si ex alia ciuitate, & veniat nuncius, computa tempus interpositum à deliberatione, & initio itineris, & incidunt in idem, & vides sententiam peractam sub forma, qua conclusa est. Et durauit ad annum vsque M. D. lxviii. sub tempore cui conspiratio succedebat, & ego mirabar quod cessaret.

Post paucos annos scilicet viii. vel circa id est M. D. xxxiv. cœpi videre per somnia quæ futura essent breui, & si eadem die, vide-

bam vt erant clara, & post ortum Solis, & explicata, adeo vt aliquando causam Collegij prorsus iudicatam, pactam, & condemnatam viderim, & quod obtenturus essem, profutendi munus Bononiæ, cessauit anno priore quam illud aliud, scilicet anno M. D. lxvii. dum Paulus vnus è contubernalibus abiret, & ita durauit annis circiter xxxiii.

Tertium fuit spendor, hunc sensim auxi, originem sumpsit circa annum M. D. xxix. auctus fuit, sed nunquam perfici potuit, nisi circa finem lxxiii. inter finem Augusti, & initium Septembris anni M. D. lxxiv. sed propriè hoc anno M. D. lxxv. nunc vt mihi videtur, habeo perfectum. Est autem res quæ non me deserit, sed loco duorum præcedentium quæ deserunt, munit aduersus æmulos, & pro incumbente necessitate. Et est composita ex exercitatione artificiosa, & lumine circumforaneo: lucunda nimis, & perse præstat longè plus ad auctoritatem, exercitationem, lucra & soliditatem studiorum, quam illa duo simul iuncta, & hominem non abstraxit à communibus studiis, & conuersatione humana, & reddit promptum ad omnia, & ad compositionem librorum est præstantissima, & videtur quasi vltimum nostræ naturæ, repræsentat enim omnia simul quæ ad rem illam faciunt: & si non est res diuina, certe est perfectissimum opus mortali-um.

Interim est quartum, quod incepit ab anno M. D. xxii. & perdurauit vsque ad annum M. D. lxx. vel lxxiii. scilicet hoc mihi datum est, vt reor ad consolationem: postquam seruatus sum in vita præter spem, & vt confirmarer in fide, ac inteligerem quodd à Deo sum, & ille mihi omnia, ne aliquid indignum tot meritis admitterem. Et si quis dicat cur non omnes homines, aut saltem pauci hæc vident, & similia? Quid si sentiunt plures, aut per se clara non nobis? sed quod amoris indicium, mors sæua filij? si secus aliquis immortalis esse potest, expostulo: si non, quid mihi plus? Mors enim omnis acerba, & penè eadem præter similem, quam æquat diurna eius, & cæta expectatio.

Quintum peculiare fuit, quod & ipsum perpetuè durauit, vt non nisi desperatis rebus emerferim, non nisi florentibus merus sum, quales triremes in tempestate esse solent, modo ex imo ad suprema, modo ex supremis in vortices, idque tota vita. O quoties conditionem meam adeo miserabilem mecum desieui: non solum quod omnia pessimum essent, & omnis spes salutis sublata foret, sed quodd neque res meas cogitatione disponenti vt vellem, inuenirem modum euadendi: cum nullo meo studio aut labore, intra duos aut tres menses, vidi omnia commutata: vt maiores effectus quam voluntatem, & actum potestate fore crediderim, idque toties vt numerum referre pudeat. Et hac vicissitudine accidit sæpe vt omnia simul ruerent.

CAPVT XXXIX.

Eruditio, vel representatio.

Seu verè aliquid sciam, seu videar: Grammaticam nunquam didici, vt neque Græcam, aut Gallicam, aut Hispanicam linguam, sed vñ solum mihi nescio quomodo tributum: non magis quicquam de Rhetorica noui, non etiam Opticam, vt nec disciplinam de ponderibus, quòd his studium non impenderim: neque verò Astronomiam, visa enim est mihi nimis difficilis, vt contra in Musica ineptus vsui fui, contemplationi non impar: Geographiæ, Philosophiæ illi altercatiua, disciplinæ morali, Iurisprudentiæ, Theologiæ, operam non nauauim, nimis enim prolixæ, & alienæ à meo proposito, & totum hominem exposcebant. Sed neque vlli disciplinæ malæ, aut perniciosæ, aut vanæ: Vnde neque Chiromantiæ, nec scientiæ componendorum venenorum, aut Chymicæ: Physiognomiæ etiam non me dedi, nam longa res est, difficillima, & quæ multa memoria indiget, & sensibus acutis, quæ mihi adesse haud credo: non arti Magicæ, quæ per præcantationes agit, aut euocandis Dæmonibus, aut animabus mortuorum. Ex laudabilibus etiam, minimè, cognoscendis plantis ob memoriæ defectum: neque agriculturæ, quòd exerce oporteat magis quam scire: ab Anatomia autè multa me deterrere. Nec etiam pangendis carminibus, nisi necessariis & valde parum. Quid ergo est, quod tot mihi, vel ne cogitanti tribuerunt, nisi vt opinionem in arte medica minuerent?

Pluribus inuentus minor est ad singula sensus.
Quod ad Astrologiam quæ prædicere docet, operam dedi, & nimis quam debui, fidi quoque in perniciem meam: ea quæ naturalis magis est, nulla vsui fuit: namque à tribus annis, id est, lxxi. ætatis citra, primum illam edoctus sum. Callui ergo Geometriam, Arithmeticam, Medicinam: contemplatiuam & praxim: Dialecticam magis; Magiam naturalem, id est proprietates rerum, & quæ sunt illis similia, vt quòd ambræ, calorem confirmet innatum, & cur, & (si adnumerandus) latruncolorum ludum: Præterea vñ linguæ Latinæ, & aliarum etiam quarundam: tum Musicam contemplatiuam: Nauticam autem non attigi: de Militari, non est vt inter disciplinas hanc adnumerem, ob multa difficilia in ea tamen carui, vt etiam Architectura. Sunt etiam quædam semidisciplinæ, velut symbolicarum literarum vsus, compositio, interpretatio. In proprio agro destitui Chirurgiæ vsu: Si igitur disciplinarum celebriorum numerum statuas, xxxvi. à xxvi. studiis ac cognitione prorsus abstinui: Decem me dididi. Exiit imarunt autem aliqui maiorem cognitionem, atque peritiam, ob representationem: representatio adiuuatur contemplatione profunda, & stabili, connexu multarum rerum bene intellectarum, Principiis melioribus non contradicendi studio vt in Galeno; non nimis laxis, & partim falsis (licet mihi ob veritatis studium in aliquibus,

paululum, non multum vt quidam credunt discedere à communi opinione) ac imaginariis vt in Plotino: sed iudicio exacto, & firmo, senio, Harpocratia, & exercitatione illorum quinque modorum iam sæpius commemoratorum auxilio vti. Verùm addamus illis decem quæ nouimus, vnum: cognitionem historiarum multarum, quæ licet nulli disciplinæ peculiariter propria sit, tamen multum facit ad decorem, & ornatum eorum qua narrantur in illis. Hæc subiunxisse volui, quasi hortando vnumquemque, vt potius (quandoquidem vita nostra breuis est, & plena variis impedimentis, tum etiam incommodis) paucis quam pluribus operam dare, velit atque illis diligenter, & assidue eligere autem præter omnia, vtilia humano vsui, & nobis ipsis primum: ac connexa & vera assumere principia, nec quasi ira aut ambitione vetera relinquere, sed vt meliora hæc vel illa experiri. Et si nominis cura te trahit, aut vtilitatem ex eo sperare audes, melius est vnum inuentum perfectè expolire, quàm mille persequi, & nihil absoluerè.

Sapius in libro memoratur Persius vno:

Quam lenis in tota Marfi's Amazouide.

Quod videmus præcipuè Horatio, ob vnum opus, nec magnum satis, sed exultum & aureum contigisse. Et nunc vt vates gloriari possit: *Dum Capitolium scandet tacita cum virgine Pontifex: victurum se in charis, nec Stygia cohibendum vnda.* Satis enim constat, cessasse iam Pontifices ab ascensu illo, & Horatij famam adhuc florescere. Sic ergo nos Arithmeticam ad decuplum; Medicinam, non parum auximus. Proprium autem grauis viri est, statim ad rem properare: Et ad hoc, opus est multa lectione, toto triduo ingens volumen deuorantes; indicio opus est, pertrita vel parum vtilia prætereundo, obscurorum expectare occasionem, obelisco signando. Est in nostra structura familiare, vt principium sequentis, idem sit fini orationis. Orationis huiusmodi diuinos habeo authores: Sitque ea nitida, pura, connexa, ordinata, Latina, sermonis seruata proprietate; compositionis & sensus ab vno deducta principio textura. Quæ vero infinitæ sunt artes, non patiuntur se exornari, vt Geometria, & Arithmetica: aliæ contra non augentur, verum diuiduntur & exornantur, vt Astronomia, & Iurisprudentia.

CAPVT XL.

Felicitas in curando.

I. Accidit vt anno M. D. xxxvii. seu M. D. xxxiii. in ætate, cum esset mihi arcta consuetudo cum Donato Lanza, cui ex hæmoptoi laboranti iam pluribus annis multum, contuleram, vt esset Sfondrato Senatori, & à secretis Cæsaris intimus, cui persuaserat sæpe vt opera mea vteretur in cura filij maioris, puerili conuulsione laborantis, qui potius inter mortuos quam inter viuos numerandus videbatur: imbecilis, tum distortus, parum mente valens, & si tandem conualuerit: Filius alter natu minor nonum, aut decimum agens mensem, febre corripere;

& Lucas Cruceius eum curaret, spem bonam afferens vt mos est: (Erat enim amicus valde Sfondrato, quod Cruceius esset Collegij procurator, Sfondratus patronus, & longa consuetudine, & mutuis officiis ac beneficiis vincti) & repente conuulsio acerrima, non desinente febre acuta, infantem inuaderet: vnde cum periculum mortis non obscure immineret Cruceius vocandum suadet Ambrosium Cauenagum, Sfondratus Lanza memor me: Adsumus hora diei secunda, & pater infantis: Ibi cum pauca Cruceius de morbo dixisset, quodd sciret Sfondratum hominem esse prudentem, ipse verò syncerus & eruditus: Cauenagus nil afferbat in medium, quod locus ei vltimus deberetur: tum ego dixi, videtis quoniam infans hic opistotono laborat, ad quam vocem Prothophysicus, quasi vellem obscuritate verborum illum circumuenire, obstupuit: sed hanc dubitationem statim sustulit Cruceius, dicens, intelligit contractionem neruorum retro: Respondi ego equidem, & subiunxi, & id nunc ostendam, & sublato capite pueri quod pendulum erat in posteriora, idque Medici, & alij arbitrabantur ex imbecillitate, & pondere proprio capitis accidere, iussi, vt in antiquam partem erigerent: sensim tamen, quod cum nulla arte fieri potuerit, omnes mirabantur, & præcipue pater. Tum Cruceius in hæc verba prorupit. *Horbon. i.* Ecce (vox est excitantis, & sermonem inchoantis) *In dignoscendus morbis non est D. H. par. i.* æqualis, Modo, Sfondratus hæc verba excipit, conuersus ad me, inquitque, postquam morbum agnouistis, est ne remedio locus, aliis silentibus ne gloriam partam vana promissione fauiciarem, cõuersus ad socios, vos scitis quod dicat Hippocrates in hoc, *Febrem conuulsioni*: Et recitavi Aphorismum, cum Cruceius qui modestia amicitiam retinere cupiebat si posset, vt si puer sanaretur locus: esset benevolentia pristina, si interiret, ne videretur gloria: æmuli inuidisse, curationem mihi addixit, consentiente Prothophysico Cauenago, intelligebant enim plus ex modestia laudis, quam ex contentione sperandum. Ego perfusionem, & lintea madefacta ex oleis lini, atque liliorum adhiberi iussi, molliter infantem tractari, donec collum erigeretur, nutricem à carnibus, infantem ab omnibus aliis cibis ac potibus abstinere, præterquam à lacte: eoque etiam parcè iubeo: In cunis, loco calido habendum: agitandum perpetuo, & leuiter, donec somnus obrepit. Dum reliqui Medici accessissent, memini dixisse mihi patrem infantis. *Ego tibi hunc pro filio do*: & me respondisse, *Malè consulis illi, qui velis patrem pauperem pro diuite subiicere*: tum ille, *at ego intelligo vt cures eum tanquam tuum, nil metuens quod hac causa eos (scilicet Medicos) sis offensurus, dixi, imò placet, vt socii sint in omnibus, & vt me adiuuent*. Hæc igitur ita miscui vt neque me prorsus desperare de cura, nec confidere intelligeret, esseque magis modestum, quam eruditum, aut pericia exercitationis vtilem: bene cessit. Nam factum est, cum essemus prope xiv. diem, & tempus calidum, vt infans intra quatrimum prorsus conualesceret. Quo viso non tam quod cognouerim (vireor) morbum, nam id exercitationi peculiari

nec quod sanatus sit, nam casui tribui hæc poterant, sed quod in quatuor diebus sanassem, cum fratrem eius plusquam sex mensibus frustra vexassent, demumque semimortuum reliquerint; hoc ipsum de quo admirabatur, & cur omnibus aliis præponeret in posterum, causam fuisse exitimo. Namque considerasse eum probabile est, quod Cruceius æmulus & inimicus, dum procuratoris officio fungi cogeretur; Cauenago, & ipso patre præsentem hoc dixerit, quod laudare nisi coactus Collegij hostem honestè non posset; inuidia & æmulationis, non natalium conditionem mihi obstare conspicuum esse: itaque perculsum filij casu, narraisse cuncta in Senatu, & apud Proconsulem Prouinciæ, & ceteros ministros, ac purpuratos effecisse, vt simul ad Collegium à quo tot sententiis, & demum conuentionibus, ac pactis reiectus fueram, pateret ingressus, & muneri profitendi publice in Academia adiiceret, ac etiam dono remunerarer, & vt omnibus acceptus forem.

2. Proxima cura fuit Archiepiscopi Amulthonis Scoti, qui annos natus xlii. iam decennio laborabat difficultate spirandi: Medicos Regis Galliarum primum, post Cæsaris Caroli V. frustra expertus, misit ec. coronatos primum Mediolanum, vt Lugdunum irem: inde adiecit ccc. vt Lutetiam me conferrem, & si per bella impediretur, vt irem in Scotiam; iui, curam agebat Medicus ex constituto Medicorum Lutetianorum: crimini dabatur quod non proficeret, coactus sum causam explicare: ille Medico suo indignabatur, is mihi, quod aperuissem causam, ita ab vno metuebam, ab altero accusabar dilationis, & maximè quod vbi curare coepissem, melius se haberet: inter tantas turbas veniam discendendi petij, ægrè sed tamen concessit, consilio relicto, quo post biennium conualuit: lxxv. diebus apud illum mansi, extat fides recuperata valetudinis, missusque primus è cubiculariis Michael, qui magnis præmiis reduceret pro Medico, sed non acquieui: numerauit pro hoc accessu Archiepiscopus aureos coronatos M. Dccc. è quibus Mcccc. ad me peruenerunt.

3. In patria curauit Franciscum Gadlum phratrium primum Canonicorum B. Augustini, ex lepra bienniali, in sex mensibus, sed hic & præcedens (ò fors hominum miserabilis) liberati, vt propter factiones, decennio post violenta morte perirent.

4. Martham Mottam in duobus annis, quæ per annos xlii. in cathedra sedebat, nec vquam ambulauerat, cum duo priores violenta morte obierint decem circiter à curatione annis, hæc cum discederem à patria iam xxiii. annis superstes erat, verum per totam vitam inclinata, obambulauit.

5. Iulium Catium à phthisi, hic paulo post institutor teneræ ætatis Reguli Mantuæ euasit.

6. Ex Hædica Io. Mariz Astolfi filium.

7. Ex Empemate Adrianum Belgam, qui postmodum, mirum in modum mihi gratus, & utilis fuit, atque amicus, adeo vt in Italo tale experimentum desiderarem.

8. Inde Io. Paulum Negrolum mercatorem toti vrbi notissimum, & duobus annis exper-

tum

ttum omnium principalium Medicorum curationem, demum pro phthifico derelictum, & hic valde mihi amicus factus est.

9. Gasparem autem Roullam Cauponem iam per annum in lapidem penè moralem mutatum, sanè per se prorsus ac perpetuo immobilem, sanauimus, remansit obliquo, & obstipo collo.

10. Quid quod ex febris nullus, ex aliis morbis vix è trecentis vnus perire solitus fuit: Indicio sunt testimonia eorum qui obeunt, in sanitatis libris seruata, nam mos hic Magistratus, notissimus est cuique ciui: Quapropter cum non promptum sit id ostendere, de aliis locis, testimonia adducere, aut gloriari, nec decens, nec commodum puto præsertim quod Medici parum hæc curant.

11. Vocatus sum etiam ad Ducem Sueffanum ex Ticinensi Academia, accepique C. aureos coronatos, & dona ex serico.

12. Similiter ad Cardinalem Moronum ex Bononia Mutinam: à quo inuitus munus recepi, plus enim illi me debere sentiebam: Verum in his duobus socios habui, & auxiliares claros viros, & ego propriis contentus sum operibus: cum in vniuersum plus centum viris deploratis, Mediolani, Bononiæ, Romæque sanitatem restituerim: nec mirum videri debet me optimè ac feliciter exercuisse Therapeuticam, qui etiam tenerem optimè Diagnosticam Medicinæ partem. Indicio duo sunt quæ publicè Bononiæ pollicebat: omnem ægrum qui tempestiue in manus meas venisset, non natu maiorem lxx. annis, nec vii. minorem (vnde in Prognosticis vbi huius sæpe feci mentionem pro v. septem legi debet) nec à causa procatartica morbus pendeat vulnere, ictho, casu, terrore ingenti, aut veneno; (maxime repetito) quique sit mentis compos, nec valerudinaris utpote Phthificus, aut cum scirrho in iecore, profundo vlcere in loco malo: seu lapide magno in vesica, aut comitiali, me curaturum. Aliud (vt tamen liberum esset conditionem mihi recipere vel non) vt si moriturus esset æger, locum morbi ostenderem, & si mortuo illo aberrassem, teneri pena centupli acceptarum pecuniarum: Itaque cum plurimi apertè primùm sperantes me arguere posse, quod aberrassem, corpora dissecuissent, vt Seratoris Vrsi, Doctoris Pellegrini, Georgij Ghisleri: In quo illud visum est admirabile prædixisse me morbum fore in iecore, cum vrinæ essent optimæ: in columem vero ventriculum qui perpetuo doleat: post clam multos alios, nunquam errare me inuenerunt, nec conditionem recipere ausi, nec vt reciperetur consuluerunt.

13. Redeo ad curationes, Bononiæ, Vincetium Tortonem ex coxendicis dolore laborantem iam anno transacto, cum perpetuo in lecto maneret, & nil leuaret morbum, necum vt minueret, restitui sanitati.

14. Et ex simili affectu vxorem Claudij mercatoris hyeme profunda.

15. 16. Verum Romæ nobilem matronam Clementiam Massam atque Io. Casarem Bontempum Iurisconsultum ambos propè bienio laborantes, & ad summum calamitatis redactos, Medicosque vrbis celebriores expertos ita curavi, vt iam diu viuant. Curabam au-

tem Mediolani Hispanorum gentem, in qua mira experimenta dedi: Primum quod nemo gloriari possit, aliquem sanasse, quem ego vt insanabilem reliquerim, cum tantam multitudinem derelictorum ego restituerim? & alias dixi in arte non valere fortunam: Qua enim fortuna indiget tonfor vt tondeat, & Musicus vt canat aut pulset: Ergo neque in Medicina, sed habet Medicina tria præter attem, quibus casui subiecta videtur: primum quod sensibus non adeò pateat vt cerdonica, & tôforis, si quis ergo in profundiore partem inciderit, aut morbum valdè multiplicem, & compositum non artis, sed artificis imperitia, parum prodesse poterit: Est autem multarum partium hæc ars, adeò vt & nunc, & olim in multos diuisa esset vulnerarios, oculos, Phthicos, lapidarios, herbarios, ossarios: sed & vnaquæque pars paruas multas sortitur particulas, si quis ergo incidat in morbum, in quo diu & feliciter versatus fuerit, fortunatus dici poterit, secus contra; præterea opus habet Medicus medicamentis, ministris, assistantibus, Pharmacopolis, Chirurgis, coquis, & vt externa etiam sine errore procedant. Ignis, aqua, cubiculum, mundities, silentium, amici: timor cõtra, tristitia, ira efficient, vt morbus sit sanabilis, æger tamen pereat. Id verò vt breuiter dicam, cum ars sit, non subiicitur fortunæ; quatenus autem est plurium generum vt Medicina, aut plurium agentium, vt militaris licet vnius generis, aut plurium etiam eiusdem generis, & ab eodem agente, velut fabrilis clauorum, & magis æreorum, & arandi & serendi, ita variis subiicitur. Et si quid facit ad rem, quod tamen plurimum facere testatur Hippocrates in pluribus locis exercuisse artem: Primum Venetiis, post in Patauino agro Plebe Saccensis, vt Italico vtar verbo, Mediolani, Gallæatæ: Papiæ sed hic parum, Bononiæ, Romæ: In Gallia, Lugduni scilicet in Anglia, & Scotia. Constat etiam ad hoc ætas, iam ingresso lxxv. cum Galenus lxxvii. non excefferit, Auicenna, id est Hasen lvii. vterque tota vita in itineribus cõsumpta. Galenus xx. perpetuis annis, Hasen semper, Ætius in suo Episcopatu, Oribatius in Ponto proscriptus, Paulus vagabundus.

17. Sed mittamus hæc, & casum Iulij Ringerij adolescentis Patricij enarremus, hic habitabat apud s. Iacobi templum, in via sancti Donati Bononiæ xi. Calendas Iulij M. D. lxxvii. quem iam xl. plus diebus decumbentem, cum acutissima febre, grauique Phlegmone, amissis omnibus sensibus, cum de more consignatus esset, liberauimus.

18. Quid de Annibale Ariosto iuene nobili, & diuite, quem laborantem ex abscessu in pectore in fistulam conuerso, & cum tabuisset, alia hecicæ febre adiuncta, & ad duas libras saniei in singulos dies expueret, nec dormiret, Medici tanquam Phthificum, & toto pulmone putrido, vt prorsus insanabilem reliquerunt: septimumque exere ne quatuor puerili Michaelis Angeli iudicis Tortoni inficerentur: hunc ego in xxx. diebus præcõcuravi intus & extra, & ita pinguem reddidi, & benecolorarum, vt tota ciuitas miraretur. Nil forsitan his duobus miraculis, Bononiæ quingentis iam annis simile visum est.

19. 20. Quin etiam duos adolefcentes ad portam quæ Mutinam tendit, diarrhæa laborantes, Zeonarthum, & Io. Baptistam contiguus domibus, cum febre relictos vt mortuos, & nec tuffi nec spirandi difficultate tenerentur, iamque xi. exegiffent, intellexi laborare fuppuratione in pulmone, & prædixi fole fputo faniei poffe fanari, & ita ambo, admirantibus aliis Medicis; tum etiam coniunctis, intra xxv. diem ab initio, dum expuffent faniei puræ circiter libram vnam, in quatuor aut quinque diebus plene curati conualuerunt.

21. E regione horum habitabat adolefcens Marcus Antonius Felicitus, qui ex longo morbo cum loqui non poffet (erat autem Senatoris nobilis, vt audio ob familiam antiquiffimam ex fratre nepos) & febre perpetuè laboraret, nihil intelligens, mutus euafiffet, & debilitatus ad mortem, derelictusque ab aliis Medicis, cum confiterentur, neque morbum intelligere, nec fimilem vidiffet, & erant qui potionem meretricia eo deductum dicerent, fufceptum in manibus, quatrduo reddidi fui compotem, & loquentem, intra decem autem alios aut duodecim dies perfecte fanauit, & puto ipfum viuere: ægrè ferebant ob id Medici in his exemplis, quod non redderem vllam rationem, neque docerem.

22. Quid de Agnete vxore Claudij Galli mercatoris in vrbe noftra, pro mortua derelicta à primariis Medicis? & iure, quandoquidem nullum ægrum alium, tametsi viderim morti multos proximiores, maiore labore curauerim.

23. Memini quæ alias commemorauerim in generali de infanientibus, comitialibus, cæcisque quibusdam feruatis: hydropticis, gibbis, inhibitis, claudisque in melius traductis.

24. Filiis fabrilignarij ad portam Tofam.

25. Itemque Laurentij Gadij miraculo propè,

26. ac Legati Mantuz reguli, 27. & præclara insignis Hispani Iuaræ, eorumque omnium curatione.

28. Quid de Simone Lanza: 29. De Marefchalco: 30. de filia Io. Angeli Linati: 31. Antonio Scazofco: 32. Admirabili denique illo cafu filij Martini Mercatoris: 33.

Vxoris pharmacopolæ trium regum: 34. à doloribus inueteratis: 35. alios à fanguinis mictu: 36. à quartana duplici nemo à me non curatus est: 37. à veneno in Syrtiris filios omnes feruanti tarde vocatus, tam etfi ambo parentes obiiffent. 38. Auguftini Fornarij cafum in hydrope. 29. De certamine cum Caunenago, & Candiano in cura Octauiani Marini: fed non minoris bonæ fortunæ meæ argumentum, omiffa incredibili exemplorum multitudine, 40. cafus Antonij Maroragij infaustus, & ex aduerfo cura febris, peffilentis, podagræ, minime fallax: ob id Mediolanenfes Medici dicebant, hoc mihi non excellentia artis, fed bona fortuna euenire, quoniam qui morituri effent in illorum, qui feruandi in manus meas deuenirent.

Ne mireris, ô Lector, nec mentiri fufpiceris, hæc omnia ita fe habent, & huiusmodi contigerunt, & maiora, & longè plura: numerum non teneo, fed exiftimo ad clxxx. accedere, & plus vltra: nec tamen inaniter gloriari fufpiceris, aut cupere, vel fperare me præferri Hippocrati. Primum de mendacio, cur tam

impudenter? indagare licet, vtro deprehenfio mendacio omnia corruunt. Deinde cur ob gloriam & lucrum? at fi graues morbi plures occurrant, nil exiftimem infelicitius: neque enim confido vltimum me felicitate præterita. Refert Plinius & Plutarchus Cæfarem cum in acie aperta quinquagies collatis fignis victor dimicaffet, factum feignorem ad prælia, ne gloriam partam vitaret atque pollueret. Quanto facilius id mihi accidere poffet? Deinde quomodo fperare quicquam magnum ex quodidiana opera poffim? à Principe folum id liceat, fi modo fuperfit aliquid fpei. Verum quod ad gloriam attinet, non folum multo minus, imo prorfus nihil: nam non gloriofus est Hippocrates quod multos fanauerit, fole enim teftimonio xxv. ex xlii. obierunt, xvii. fanati folum, fed quod rationem feruauerit. At ego bifariam in hoc inferior fum: Primum quod felicitas illa operum à diuino auxilio videbatur proficifci, non ab eruditione; & tot mihi in hoc genere faulta fuccefferunt, vt fperem operi æquari poffe non confidam: raroque vere gloriari licuerit, quicquam ex confilio & cogitatione, (quamquam in hoc præftiterim quantum potuerm) accidiffe. Morbi etiam Hippocratis fuere violentiffimi, regio faxofa in Theffalia & prope, venti afperi, vina cruda, legumina, aquæ prauæ, modus vitæ inconditus, non medicamenta, non elefio, exercitationes mortiferæ; fi ego tunc ibi fuiiffem, non potuiffem certe talia miracula edere, aut fi ille composito feculo, molli regione, commodis omnibus abundante, medicinam exercuiffet, nullum tale naufragium paffus effet. Quæ ergo iactantia mihi in hoc, fed fuerit modo (postquam Dominus vt nunc fentio, mihi vera ob id vt puto narranti fauet) quid inquit ille, an non abunde, ne dicam folum fatiffecit huic inani voluptati, quandoquidem flore fructu priuauit, in magna paupertate viuente, cum tot æmulis, tot expositum iniuriis, tot afflictum calamitatibus: ergo iam fcio obtinuiffe hanc quamcunque gloriam, non folum abfque mendacij fufpicionem, fed etiam fine inuidia.

C A P V T X L I.

Oftenta naturalia vifa, rara tamen de Vita propria, & filij vlticne.

INter naturalia oftenta, primum illud quod & rariffimum est, natum me effe hoc feculo, in quo totus orbis innotuit, cum antiquis paulo plus Triente cognitum fuiiffet: Hinc Iuftramus Americam (nunc partem propriam appello) Brafiliam, maximam incognitæ antea portionem, terram ignitam, Patagones, Peru, Charcas, Parana, Acutia, Caribanam, Picoram, Hispaniam nouam, Quitum, Quiniram partem Occidentaliorem, Galliam nouam, & ea magis meridicem verfus Floridam, Corterealem, Elftotitilant, Marata: Præter has ad Oriëtem fub Antartico Antifcio quafi Scythas, & alios nondum notos Boreales, Laponiam, Binarchiam, Amazones, & quæ est è regione infulæ Dæmoniorum (fi hæc fabulofæ non fin?) hinc certe vt æqua fiat distributio, magnas

magnas sequuturas calamitates verisimile est: creuit opinio, minuentur & contemnentur bonæ artes, & certa pro incertis commutabuntur. Sed hæc alibi, interim nos florente prato gaudebimus. Nam quid mirabilis Pyrotechnia, & fulgure mortaliū, quod perniciosius multo est quam Cælestium. Nec te filebo magne Magnes, quinos ducis per vastissima maria, & noctes tenebrosas, & tempestates horribiles in peregrinas, & incognitas regiones. Addatur quartū Typographica inuentio: manibus hominum facta, ingenio illorum inuenta, æmula diuinis miraculis, iam quid deest amplius ni Cælum occupemus. O insaniam hominum si vanitatem, si principia non animaduertimus: ambitiosum supercilium si non admiramur, sed ad ordinem redeo.

Erat dies xx. Decembris anni M.D.LVII. cū mihi prosperè cuncta succedere videbantur: non dormio ad mediam noctem vsque, cū vellem visus est mihi lectus tremere, & cum eo cubiculum, terræmotum existimabam: post tandem somnus obrepit: vbi mane dies illuxisset rogo Simonem Sofiam, qui nunc hic Romæ est, in curruli lectulo iacentem, an aliquid senserit? respondet tremorem cubicali & lecti: Qua hora? inquit sexta aut septima. Tunc ego in forum me confero, quæro à pluribus an terræmotum ea nocte senserint, nemo affirmat, venio domum, accurrit famulus admodum tristis, nunciat Ioannem Baptistam duxisse in vxorem Brandoriam Seronam puellam amatam ab ipso, sed omnium bonorum expertem: atque hinc dolor, hinc lachrymæ; accedo prope locum, video rem tractantem. Hoc sanè fuit omnium malorum initium, cogitauit diuinum nuncium, quod cognouisset conclusum vesperi, nocte voluisse significare, nam vbi illuxisset, antequam domo prodiret, aggressus eram filium: dixi (non eo tantum monitus ostento, sed quod videretur à seipso alienus) fili caue tibi hodie, magni mali quippiam ne efficias, locum memoria teneo, in ostio enim eram: sed non, an subierim de ostento. Non multis post diebus, sentio rursus tremere cubiculum, superior manu, cor sentio palpitare, in latus sinistrum enim decumbentem; eleuo me, cessat tumultus ille & palpitatio: iterum decumbo, itaque cum vtrumque rediisset, cognoui vnum ex alio pendere. Memineram etiam quoddam, cum visum esset antea tremere, tum cor mihi palpitabat, vt esset res naturalis: verum quomodo prior ille esset affectus non intelligebam, animaduerti solum quoddam duplex hic erat tremor: naturalis qui ex palpitacione cordis prouenit, & à spiritu, qui eo medio prouenit: quod ex similitudine deprehendi non paucis ante annis, nam cum antea essem solitus, si antelucanis horis expergisceret, duris & grauibus curis angī, à paucis annis nunc citra, & si contingat vigilia, non tamen cura: quoddam vigilia à morboſo habitu potius fiat quam ab afflatu.

Simile contigit cum anno M.D.XXXI. canis modesta viularet præter consuetudinem assidue: corui insiderent domus vertici crociantes præter solitum, puer cum fasciculos lignorum frangeret, erumpebant ignis scintil-

læ, duxi vxorem inexpectato, à quo tempore multa aduersa concomitata sunt: non tamen prorsus omnia hæc diuina fuerunt, nam cum essem annorum prope xiii. coruus arripuit in campo B. Ambrosij laciniam vestis, nec dimittere magna vi me eum trahente, ac repellente voluit, nec quicquam tamen vel ad multos annos Inctuosum accidit, aut mihi, aut meorum vlli.

Magna etiam, sed prorsus naturalia obseruauit: quæ superius à Cælo, hora penè xxii. stellam Veneti similem (dum essem puer) quæ illuxit tã clara, vt à tota vrbe nostra conspiceretur. Vidi tres inde Soles anno M.D.XXXI. & omnes in Oriente, & cum radiis, Aprili mense, Venetiis: vbi tum casu eram, durauitque spectaculum totis penè tribus horis. Antea vero circa annum M.D.XII. in agro Bergomenſi prope Abduam flumini, ceciderunt nocte vna supra M. vt referunt lapides, cū præcessisset vesperi ingens flamma, quæ in aëre ferebatur trabis ingentis similitudine: vidi ego ex his vnum dum puer essem, ponderis librarum supra cx. (non recordor an communium, n̄ maiorum: nam libræ cxi. maiores Mediolarenses sunt cclix.) in domo M. Antonij Dugnani, iuxta ædem sacram D. Francisco dicatam, forma inæquali, & vndique abrupta, vt de casu coniectari possemus: color cineris, & saturior, si affricaretur sulphuris odorem reddebat, cotibus vulgaribus simillimus erat: Potuit & esse techna, nam ibidem tales lapides effodiuntur, & per orbem passim, cotium nomine deferuntur. Volui hoc subiecisse, quod neque apud Gasparem Burgatum, neque Franciscum Sanlonium diligentes horum temporum Italos Scriptorum, vllam mentionem huius rei inuenio. Sed quorsum tamen patritij illi hoc conspexissent? & passim alij licet minores ostendebantur: nec spectaculum gratum futurum Principibus qui tum regnabant. Constat enim seditiosis, huiusmodi ad res nouas moliendas animos addere, & forsan aliquid etiam in hoc euidenti causa possunt. Sed sit modo vtrumque, circa id tempus, constat Venetiis tam grauem fuisse terræmotum, vt nolæ propiorum sponte pulsarent, accidit enim hoc prodigium anno M.D.XI. vt anno M.D. XIII. cū Maximilianus Sfortia Mediolani Princeps, amisso toto Principatu, Nouariæ obsideretur à Gallis, canes Gallorum in vrbe agminatim venerunt, canes Eluetiorum lingentes, atque illis blandientes, quo viso accurrit Iacobus Motinus Torfaninus Tribunus militum Eluetiorum, qui pluribus præliis interfuerat, Sfortiæ certam ex obseruatione victoriam spondens: quam sequenti die adeptus est. Hic ordinem & propositum videor transgressus, sed ad præsentia pertinet ostendere, me eo tempore natum quo multa mirabilia viderim. Inueni (& nunc nuper à somno experrecto) videbantur quæ in cubiculo erant, ac si cum lumine fuisset, sed paulò post euanescebat vis illa, referunt Tiberio hoc accidisse.

Cum nocte præcedente x. Calendas Februarij M.D.LXV. qua die recessit Cæsius, ingressus Crassus, bis arsisset lectus, prædixi me non permansurum Bononiæ, & prima vice restiti, secunda non potui. Anno M.D.LII. catula domestica

domestica, & placida domi relicta ascendit super abacum, & lectiones meas publicas la-cerauit, librum de Fato, qui videbatur magis expositus non attigit: A fine anni præter omnem spem, profiteri publicè desij per octo annos perpetuos. Nonnunquam ex minimis cum immodice perseverant, coniecturam facere licet: cum ex minimis, vt alias declarauit, ac vniuersi, velut retium maculis omnia apud homines consent, reperitis, & in diuersas figuras vt nebulæ formatis: nec solum per minima pugeantur, sed & illa minima sensim in infinitas partes, vt ita dicam, diuidere oportet; isque solus in artibus, in consilijs, in negotijs ciuilibus præstantissimus erit, & ad summum culmen perueniet, qui hæc intelliget, & in opere ipso obseruare nouerit: quam obrem in quibuslibet euentibus talia minima erunt obseruanda. Die qua venit è Bononia Ludouicus Ferrarius cum suo patrueli Luca: Pica in corte tandiu deblaterauit, præter solum omnino, vt nos aliquem expectaremus, erat autem pridie Calendas Decembris M. D. XXXVI. nunquid hoc in causa? minimè, quoties in irritum cesserunt? Ergo his proderunt incerta ratione obseruata, vt Augusto: alijs contempta vt Iulio Cæsari & Syllæ: atque eadem ratio in alea, vt nulla sit aut obscura. Quæ verò supra naturam sunt, rationi naturali non subiacent; quæ subiacent, iam nil mirum continent, nisi eius imperitis. Aliud fuit cum penè mersus sum in Benaco lacu, timebam ingredi, causam ignorans, & erat aeris magna tranquillitas. Eodem anno plura apparuerunt quæ liberationem, alia calamitatem portenderunt, velut solutio vinculi quo smaragdus collo appensus erat. At antea tres annuli quos in digitis gestabam (mirum sanè dictu) in vnum confluxerant, vt tam exitus quam euitus non parum esset admiratione dignus, tum magis quod liberatio, & damnatio post subsecuta fuerint: sed dona hæc sunt Dei, nam quod ad prodigia attinet, nihil minus. Damnatus à prima pueritia ad mortem spirandi illa difficultate, frigore maximo pedum ad mediam noctem vsque, palpitatione cordis ea in ætate, sudore copioso; quem postmodum exceperit vrinx profluuium perpetuū; dentes rari ac debiles admodum, manus dextra incomposita, linea vitæ valde breuis, inæqualis, intercisâ, ramosa, & reliquæ principales penè capillares aut valde obliquæ: Astra quæ minitabantur omnino obitum, vt omnes dicebant ante annum xlv. omnia vana inuenta sunt; viuo, & annum ago lxxv. non artium fallacia, sed artificum inciticia: quin quod, si quid tale esset, non magis elucescere poterit, quàm in Aristotele, de quo nihil tale legitur. Sed ad filij historiam accedamus, quæ verè quippiam habuit dignius consideratione.

Cecidit filius meus, intra cxxi. diem, ipse mortuus est exclamans se perire ignorantia eius, qui mortem filij mei suaferat, & deprecatus fuerat Falcutius Senator: vir alioquin primarium partium, quem secutus est Hala, qui à damnatione filij sic statim ægrotauit, vt Phthifis correptus reiecto pulmone expirauerit. Præses ipse Rigonus qui iudicium vrgebat, vxorem propriam extulit sine cereis, mi-

rum dictu! verumtamen vt à pluribus audiui: referunt ipsum quamuis nominis integri, sola morte iudicium cuius insimulabatur effugisse; tum etiam filium eius vnicum adolescentem morte ereptum, vt diceret domum illius diuis excantatam. At paucos intra dies socer filij mei qui eius mortem procurauerat, in vincula coniectus, tandem amisso exactionis munere mendicauit: filius eius quem maxime amabat suspensio vitam finiuit, damnatus vt audio in Sicilia. Eorum qui ipsum accularunt nemo non nisi magna calamitate euasit, aut perculsus, aut uenectus: quin etiam dominus ac Princeps alioquin generosus & humanus, cum ipsum obinuidiam meam, & accusatorum multitudinem deseruisset, & ipse multis modis conflictatus est grauibz morbis, cæde propriæ neptis à coniuge suo, litibus grauibz: tum etiam subsecuta calamitas publica, Zotophagite insula amissa, classe Regia dissipata, non quod tam impudens vel insanus, vt quicumque horum pertinere ad nos putem: sed homines bonæ mentis, vt in tempestatibus segetes euertuntur, & magnarum calamitatum tempore cadunt, præsidio optimorum Principum, tum occupatorum publicis aut proprijs infortunijs destituti, quæ tempora obseruant improbi calamitatores ad amissim, non alia spe magis conspicua.

C A P V T X L I I .

Præcognoscendi vis in arte, & alijs.

Porro qualiscumque causa fuerit quæ plus mihi nominis hac in parte attulerit quam cuperem, seu diuinus afflatus, seu Harpocritica constitutio, seu quædam iudicij & mentis perfectio, non satis dicere possim. In Medica primùm arte emicuerunt Cecilix Mediæ, de filio Io. Iacobi Reste, totque aliorum, vt in tanto tempore nemo gloriari possit vidisse hallucinatum: quin imò etiam qui alias partes artis à me detrahere conabantur, in hac primas perpetuo reliquerunt, nihil mihi rale optanti. Sed omittam reliqua, Bononiæ nonne offerebam, si quis vellet pro ægris decem numerare coronatos, vt bis, vel ter, aut semel tantum ægrum inuisere studiosè possem, me persolutorum quod accepissem centies, si abextrarem in partem quam mortis causam futuram prædicerem. Dissicuerunt plures nobiles. & primùm quidem me præsentem, deinde cum viderent non falli vnquam, illis ne toties contingeret erubescere, clam dissicabant: sed nunquam in octo annorum spatio in quo ibi Medicinam publicè professus sum, contigit, vt vel de hoc non solum contradicere, sed neque hifcere ausi sint, tam scælix hac in parte. At extra artem quæ in consilio Regis Edoardi V I. Anglorum dixerim, & quomodo calamitates eius Regni impendere, & quales, certè quis admiretur, taceo quæ in carminibus Næniæ mortis filij subtricare volo, quod ipsi prohibuerint, & tamen pato extare miraculo propiora quam oraculis, de eo quod futurum esset vsque ad octauum annum, ab illius morte. Sed vt dixi, ea mihi non tribuo, quæ etiam malim perire, quàm vt gloriam hoc modo quæram;

quæram; nam & de Cypri amissione ab initio pronunciaui, & causas reddidi; tum etiam de Africæ Arce nil hæsitans; nec velim quemquam opinari, quod hæc longius petita sint, aut ex Dæmone, aut ex Astris, sed ex Aristotelis oraculo: solum enim, inquit ille prudentum, ac sapientum, esse veram diuinationem: Exquirebam quæ in re essent, primum didiceram locorum naturam, mores hominum, Principum præstantiam, Historiarum & nobiliorum, & secretariorum magnum numerum euolueram, inde adiutum meis artificijs quæ nunc exponam, pronunciauam.

Audi ergo quæ & qualia, doctrina crassa, dilemma, amplificatio, splendor singularis, Dialectica, & in ea longa, diligens, assidua exercitatio, & exercitatione maior cogitatio. Quædam tamen sic mihi contigerunt, vt causas vix reddere possim, nemini me dum essem adolescens, persuasum fuisse cuidam Ioanni Stephano Bisso, quod essem Chiro-manticus, & tamen nil minus: rogat ille, vt prædicam ei aliquid de vita; dixi delusum esse à socijs, vrget veniam, peto si quicquam grauius prædixero: dixi periculum imminere breui de suspensio, intra hebdomadam capitur, admouetur tormentis: pertinaciter delictum negat, nihilominus tandem post sex menses laqueo vitam finiuit, illi prius amputata manu. Non ita fortuitum dici potest, quod nunc accidit in Io. Paulo Eufonia iuene alias alumno meo, intra mensem, & extat chirographum: sanus erat, quodam vesperi iubeo mihi chartam exporrigi, scribo in illa ni caueat, breui moriturum: non hic sydera, non doli mihi explorati; reddo causas, transmitto, intra sex vel octo dies ægrotat, non multo post perit: prope miraculum talia imperitis videntur, si prudens illud scriptum legat, & consideret, dicit vidisse factum, non futurum præuidisse. Quid Romæ? tot sunt testes quot aderant conuincit; dixi, nisi non æquo animo vos non accepturos existimarem, dicerem aliquid: vnus ex his inquit forsitan dicere vis vnus è nobis moriturum, respondi inquam ita videtur hoc anno, & die prima Decembris, qui vocabatur Virgilius obiit. Adde quod minimis constant res nostræ, & ab ipsis magnas nauationes accipiunt: atque ab eiusmodi, ac minoribus si dicere licet, indicantur. Non dicam quod ignoro, venit Gallus dum habitarem in domo Ranutij Bononiæ, volens alloqui me seorsum, dixi sufficere debere ne alij audirent: cum peristarem discessit, suspicatus nisi qui quærerent, non est inuentus qui viderit: quid putas? scelus cogitabat ille.

Quid dicam de Cypro, non semel vt audiui quinam essent apparatus Turcarum & Christianorum, dixi metuendum esse ne vinceremur: testis est Cardinalis Sfortia. Causas adducebam, tandem exitus ostendit, & vi & errore insulam amissam. Hæc & talia studiosis diligentibus, & peritis accidunt, non tamen neque necessario, neque in omnibus, certissima enim sunt, quæ in artibus, vt fabrilis.

Tom. I.

CAPVT XLIII.

Res prorsus supra naturam.

Quod mihi accidit dum studerem Papiz, vt mane quædam, antequam expergiscerem ictum in muro senserim, vacuum erat habitaculum, quod loco illi erat contiguum: & dum expergiscerem, & postea alium, quasi mallei, & quod eadem hora vesperi intellexerim obijisse Galeazium de Rubeis amicam singularem, & de quo tam multa, non id referam in miraculum: primum potuit totum ad somnium continuitate referri: Secundo, vt dixi, potest à causa quadam naturali processisse vt de vapore illo: Tertio vt cum me viderent perculsum prodigio, & metu me intra domum tota die retentum, confinxisse mortem hanc, atque traduxisse ad illam auroram, cum antea multo obijisset, paucos enim videas, qui ea hora ex morbo pereant. Quamobrem hoc prodigium non inter miracula tot modis labefacturum reponam: sed cuique vt de eo statuatur, vt melius videbitur, familia.

Ergo anno M.D.XXXVI. cum habitarem in P. Tonfa, erat menses ni fallor Iulij, prodiens è cœnaculo in Cortem, sensi maximum odorem cereorum quasi nuper extinctorum; teritus voco puerum interrogans an quicquam sentiret, ille cum de strepitu intelligeret, negabat, monui non de sono intelligere, sed an odorem perciperet, dixit, O quam magnum sentio ceræ odorem, dixi, sile, & ancillam rogans, & vxorem, omnes mirabantur præter meam matrem, quæ nil sentiebat, credo grauedine præpedita: Itaque mortem imminere hoc ostento autumans, cum ad lectum contulisset me, non poteram obdormiscere: & ecce aliud prodigium priore maius, in via publica grunnientes sues, cum nulli ibi essent, inde anates similiter obstreperantes: Quid hoc mihi, & vnde tot monstra? Et anates cur ad sues veniunt? qui tota nocte grunnientes perseuerarunt. Mane tot visis perculsus, nesciebam quid agerem: vagabar extra urbem à prandio: & rediens domum, video matrem quæ me hortabatur vt properarem, ictum fulmine vicinum Io. præfectum alias pestilentie: Hunc ferebant, cum xii. ante annis ei muneri vacaret, quod pestilentia saureret, multa rapuisse: concubinam habebat, nec exomologesim subibat: forsitan & alia peiora admiserat: erat autem vicinus, vt non intercederet nisi domuncula, vidi & cognoui esse mortuum prorsus, tunc liberatus sum à cura, illius obitu. Dices vnde tibi hoc visum? an vt seruarer? Nam aliquando, licet raro, sub porticu sua sedere confabulandi gratia contigerat. Erat enim locus frigidiusculus.

Secundum cum mater esset in extremis, expectatus & illucescente altius Sole, videns & nihil videns, xv. ictus (illos enim numeravi) audiui, quasi aquæ guttatim in pavimento cadentis, nocte autem præcedente, circiter cxx. prope numeravi, sed dubitabam quod hos à dextra sentirem, ne quis domesticorum mihi anxio illuderet, vt hi actus

D non

non viderentur In die contigisse, nisi vt nocturnis fidem facerent: Paulo p̄st ictum quasi curtus tabulis onusti simul se exonerantis, supra laquearia sensu, tremente cubiculo, mortua est vt dixi mater, ictuum significatum ignoro. Omitam illud quod circa medium Iunij M. D. LXX. sentire visus sim ambulanti noctu, oclusis ostiis atque fenestra clatrata, inde assidere mihi, strepitum edente capsa; forsitan ad nimiam cogitationem referri potest, nam alium de hoc interrogare non potui. Quis fuit ille qui mihi vendidit Apuleium iam agenti annum ni fallor xx. Latinum, & statim discessit, ego verd qui eovsque neque stieram in ludo literario nisi semel, qui nullam habere Latinæ linguæ cognitionem, cum imprudens emissem quod esset auratus, postridie euasi qualis nunc sum in lingua Latina, nec non & Græcam quasi simul, & Hispanicam, & Gallicam accipi, sed dumtaxat vt libros intelligam: ignarus sermonis, & narrationum, & regularum Grammaticæ prorsus? Anno M. D. LX. mense Maij, cum ob dolorem mortis filij paulatim somnum amissem, nec inædia, nec verbera quibus crura obequitando per segetes discruciabam, non ludus latrunculorum, quo tempus transigebam cum Hercule Vicecomite adolescente gratioso: nam & ille iam vigiliis consumebatur, rogavi Dominum vt mei miseresceret: nam ex perpetuis vigiliis necesse erat, aut me mori, aut insanire, aut saltem munus profitendi deserere. Itaque si desererem, non erat quo vitam honestè protraherem: si insanire ludibrio futurus essem omnibus, disperderem quod esset reliquum patrimonij, spem nullam affulgere commutandæ ob senectutem conditionis: rogare itaque vt mortem immitteret: namque hanc esse communem, & statim concessi in lectum. Erat enim hora tarda, & decima surgere cogebat: vix duobus horis licebat conuiescere in lecto: statim abripuit me somnus, & subito appropinquantem visus sum vocem ex tenebris audire, quam neque cuius esset, nec quis esset dignoscere potui ob tenebras: Dicebat enim illa, *Quid quereris, seu quid doles? nec expectato responso subiecit, De filij nece? cui ego, an dubitas? Tum is respondit, Lapidem quem collo suspensum habes in os impone, & quandiu habebis, filij non recordaberis; & somno illico solutus, cogitabam quid smaragdo cum obliuione? sed postquam nulla erat alia euadendi spes, recordatus verbi illius credidit in spem, præter spem & repntatum est ei ad iustitiam. (de Abraham loquentis) imposui lapidem, & ecce quod supra fidem omnem est, statim ita omnium, quæ ad filij memoriam pertinebant obliuiscerbar; tum tunc, cum iterum in somnum delatus sum, tum in posterum ad annum fermè vnum cum dimidio: donec conscripsi librum Theognoston, seu secundum Hyperboreorum. Interit dum comederem, & dum profiterer, cum non liceret smaragdi beneficio vti, torquebar ad mortis sudorem vsque; sic somnum, & habitum prorsus vt mihi videtur recuperavi. Quod verd est prorsus admirabile, neque in vna, neque in altera mutatione quicquam moræ vnquam interponi visum est.*

Nocte quæ præcessit Idus Augusti M. D. LXXII. lumen aderat, & ego eram vigilans, paululum enim differbat à secunda hora noctis: & ecce sensi strepitum ingentem à dextra, quasi exonerantis currum tabulis onustum; respicio, erat hoc in ingressu cubiculi mei, ex cubiculo vbi puer dormiebat (erat autem ostium apertum) video villicum ingredientem, respiciebam ad illum intentè ob multa, protulit ergo in ipso pene limine ostij, *Te sin casa*, quo dicto euauit: Ego neque vocem agnoui, neque vultum, neque vlla in lingua potui quid significaret assequi, respondi alias cur talia? sed si quis obiciat cur ad eò paucis eiusmodi miracula: Et quare si sic est, homines regna adeo appetunt, magistratus, & spes, per tot etiam nefanda: Dico hunc non esse locum ad hæc determinanda, neque humeros tanto ponderi idoneos, sed ad Theologum relegare: mihi sufficiat historiarum veritatem enarrasse. Omittam referre de Tonitru Bononiæ, quod superstitit cubiculo sine fulgure, sed & absque tremore quod minus malum: vt strepitus tabularum semper malus, quamuis in nullo horum mors subsecuta sit, nisi de matre, sed illa iam peribat morbo, & senio confecta: item de contumacia horologij, quæ in causas facilè naturales referri potest: vt etiam de terra illa quæ anno M. D. LIX. mense Octobris, ac Nouembri, effusa singulis diebus sub foco, & prope cernebatur. Quæ oculis meis non dormitans, sed in clara luce vidi. Circiter viii. Calendas Aprilis M. D. LXX. consilium pro patrono meo Cardinali Morono conscripsera, cuius vnum folium cum decidisset in terram, mœrebam: Itaque exurgo, & vna mecum folium se erigit, & transgreditur vsque ad abacum, ibique erectum, transitis eius adhæsit: Ego admiratione ductus voco Rodulfum, & ostendo rem miram, ille tamen non vidit motum: neque ego potui (vt qui nec tot mala expectarem) intelligere quid portenderet: erat autem vt euersis rebus meis, lenior aliquando aura afflaret.

Post mense, ni fallor, Iunij, cum scripisssem ad eundem, ecce quæto puluerarium, cum diu vbique quæsissem, eleuato folio, vt ex terra colligerem, quem imponerem puluerem, video latuisse puluerariam pyxidem altam vncia cum quadrante, rotundam, vt dimetiens esset longum vncia, qui sit vt in plano scribenti latere potuisset? & hoc ad illud pertinebat: confirmabatque spem, quam de illius humanitate & sapientia conceperam, vt que ille cum optimo Pontifice ita ageret, ne pro tot laboribus tam aduersa perferrem.

Sed hæc omnia æquauit, plana reddidit, & certa quod secutum est vii. Idus Octobris anni eiusdem, detentus eram pridie Nonas, fideiussionem pro M. D. CCC. coronatis aureis dederam, die illa hora nona diei illucescente in carcerem Sole, vbi illi abierant, dixi Rodolfo Syluestri, vt clauderet ostium cubiculi: hoc ille facere grauabatur, & consilij mei præposteri, satis mirabatur; ego seu Deo ita volente, seu ratione inductus, vt quod perferre coactus essem, inuitus permiscerem cum voluntario: ergo parat, ecce subito clauso cubiculi ostio, ostium ipsum maximo ictu percussum est, vt procul exaudiri posset, statim

statim resiliit nobis spectantibus ictus in fenestram operculum, quod irradiabat Sol, simili fragore, atque illico in fenestram, atque clatratam impingens, tanquam annexa stridebat, atque sic euauit: cum hæc animaduertentem, statim miseriam meam lamentari cœpi, sed apparuit quod pro signo certo mortis molestæ interpretabar, ad vitam spectasse: Paulò post enim sic mecum ratiocinari cœpi, si tot Principes tam et si iuuenes, validi, felicesque, pro regibus suis, vt grati illis videantur, se certæ morti exponunt, cum ab obitu nil sperare possint prorsus: qui tu senex marcidus, ac penè infamis, pati potes, vel seelere, si reum te existimabunt, vel iniuria si hoc malo indignus coram Deo sis, qui benignitate sua ostendit res tuas in illius conspectu positas esse? Itaque iam tutus mihi à morte quam pertimescebam esse videbar, & vitam lætam ducebam, quantum humana nostra natura fert: Eoque modo vitam produxi, de qua actû erat, recordanti quod antea non possem, vel momento in carcere morari, quin suffocari viderer. Huic ostento aded admirabili interfuit, vt dixi Rodulfus, qui sequenti anno laurea decoratus est. Sed habent hæc mira in hominibus, vt cum adfunt, vel paulo ante acciderint, totum hominem ad se trahant: cum refrixerint aded attenuantur, vt nisi aliquo tanquam clauo firmiter instauraueris, quasi dubites an videris, vel audieris: quod reor maximè tum ob alias causas multo profundiores accidere, quam naturæ nostræ distantia à causis, quæ illud efficiunt. Scio quales quidam de talibus (vt nascuti videantur) iocos & risus excitabunt. Quorum princeps Polybius Philosophus sine Philosophia, qui nec quod sit munus historici intellexit sed nimium extendendo ridiculus euadit, interdum admirabilis, vt dum de Achæis loquitur lib. 2. histor. Quid plura? rectè dicebat Tartalea, neminem scire omnia: imò, nihil eos omnes qui se multa ignorare non sciunt, videt Plinium cum aded luculentam tradiderit historiam, Botem se præstare, dum de Sole & Astris agit. Quid igitur mirum de Polybio (dum altioribus atque diuiniorebus se infert) adeo clare prodidisse nuditatem suam? vnum satis est harum rerum conscientiam & sensum, vniuersi orbis (sanctè iuro) regno etiam diuturno, cariorum mihi esse. Quid si adiungere voluissim, quæ maiores mei mihi narrabant fabulis similia, & tum risu digna visa: postquam tamen ego tam certè deprehendi, nonne hæc ipsa parua videri poterant? sed neque illorum prudentiæ, aut diligentia tantum tribuere auius sum, vt confirmari posse sperarem: Verùm illud admonere satis habui, circa morituros & ex insperato maximè, frequenter talia videri, præcipuè insigniter bonos aut malos. Vnde si ita est, non tam potest hoc esse fortuitum, quam naturale diuinumve. Neque enim suspensis animis terrore, aut commotis, fluctuantibus, immodici enim affectus, cum alterius generis miraculis obruunt opiniones falsas, non augent. Quid enim puellæ supplicati Deo cum patris iussione, quem illa liberandum existimaret? sed hæc satis, nam solum cum accidissent & qualiter, & à quibus prorsus omnis suspicio, aut etroris, aut technæ aberat, quam breuissimè

Tom. I.

hic adscripti: aliorum etiam quæ euidetia fuerunt, quòd non tam insignis exempli essent, aut certiora mihi fuissent præsentia, sed non locupleti aded testimonio, immensam multitudinem prætermisi: vt etiam ex nostris commentariis deprehendere cuique licebit. Solum hoc rogo te ô Lector: vt cum talia leges, non factum humanum tibi pro scopo proponas, sed magnitudinem atque amplitudinem Orbis, ac Cæli, & has exiguas tenebras, in quibus miserè & anxie volutamur compares, facile intelliges nil incredibile me enarrasse.

CAPVT XLIV.

Qua in diuersis Disciplinis digna adinueni.

Nvllam quasi esse scias quam præferas inuentionem: in Dialectica cum vna fuisset nota; (Aristotelica) rem & vsum diuissimus, vt singuli discipuli Euclidicæ, Ptolemaicæ, Archimedicæ, Hippocraticæ, Galenicæ, & Scoticæ præcepta perciperent. Præterea Dilemmatis vsum extendi, velut & Doctrinæ crassæ, τριπτε amplificationis, Splendoris, per quas spectra videre plurimi contendunt, & animam quasi à corpore abstrahere: cum sapientiæ experimenta ea præferre, quæ mirabilia videntur, vt ex tam breui spatio liceat tot depromere; quasi in mortalibus per circulum, velut in immortalibus initia finibus cœant: nec liceat etiam lectione (modo non exscribantur) simulachra, aut exempla, excerpere, vt labor plurium mensium, vnius horæ spacium imitari, supplere, aut æquare possit: aded vero res super aucta est, vt extemporaneum profitendi munus, quod alias tantum faciebant, desinant iure admirari. Dignique etiam venia sint, qui ad malum dæmonem talia referunt, quando neque bonum, neque Dei benignitatem agnoscunt.

In Arithmetica totam penè, & capitula Algebra appellata, & numerorum tot proprietates, maximè rationem inter se similem habentium; & illorum, ac iam inuentorum tractationem; aut facilem, aut admirabilem; aut vtramque. In Geometria consulam, & reflexam proportionem; infiniti cum finitis, & per finita tractationem, quamquam ab Archimede prius inuentam. In Musica notas voces, nouosque ordines inueni, aut potius inuentos in vsum reuocavi, ex Ptolemæo & Aristoxeno.

In naturali Philosophia, sustuli ignem ab elementorum numero: omnia docui esse frigida: non commutari elementa inuicem: palpigenesim: Qualitates veras esse tantum duas, calorem & humidum: vim salis & olei: non esse in mistis, principium ad generationem animalium perfectorum, nisi calorem cœlestem: Deum debere dici immensum: omnia quæ partes habent diuersas ordinatas animam habere, & vitam, animæ nostræ immortalitatem, iuxta Philosophos veram, non vmbrailem: Numero omnia constare, vt in plantis foliorum & seminū certo: Principiū similitudinis, esse modum agendi ab vno agente,

D 1 &c

& vna materia, ab hoc sequi tot varietates & pulchritudinem: terram esse per se, & non vt mistum cum aqua: inde prominere in partibus oppositis sæpe: Cur Oriens sit melior Occidente? cur recedente Sole post solstitia, tam calor quam frigus multis diebus augeatur: Quid Farum & quomodo: de causis rerum mirabilium, velut cur mille alex in mille iacibus, si sunt legitime, necessario iaciunt monadem: Ab omnibus foliis plantarum putridis, diuersum iuxta foliorum naturam animal generari: Naturam nullam esse, sed rem fictam, & vanam, principium multorum errorum ab Aristotele introductam, solum vt Platonis opinionem nomine euerteret: Tum alia innumerabilia, sed illud præcipue, quoddam docui deducere contemplationem rerum naturalium ad artem, & opus, cum nulli ante me, ne id tentare quidem aggressi sint.

In Morali Philosophia, æqualitatem conditionis omnium, non solum hominum, sed etiam videntium: vnde naturaliter coniectari licet compensationem à morte actionum: in hominibus vtilitatem capere ex aduersis: Quænam optima vita, & quomodo cum æqualitate stare possit? Tria esse regna: Quoddam in regno humano, melius per se esse, nescire quid bonum vel malum, si nescias quantitatem, in aliis autem secus, sicut etiam de felicitate in vnoquoque: cognitio morum hominum primo in genere, post iuxta gentes, & reliqua vt consuetudines, demum huius propriè vel alterius.

In Medica arte, rationem veram criticorum dierum: curam podagræ, & febris pestilentis generalem: transmutationes multiplices in olea: ex medicamentis non purgantibus purgantia conficere: de aquis singularibus: Artem coquendi cibos multiplicem & vtilem: prauorum medicamentorum in vtilia, & facilia transmutationem, item horribilium in facilia: præsidia quæ liberant asciticum & roborant, vt possit ipsa die per urbem ire: item quomodo ex vnius membri cura, possimus in alterius morborum ac causarum, tum cognitionem atque curationem deuenire, & quomodo vnius libri repetita ter quaterve lectione, diuersorum morborum cognitio, & curatio haberi possit. Vera secundi hernios ratio, à me reuocata in vsum est, & breuior: & historia locuples vrinarum, cum vix habeamus illarum quædam vestigia, & umbras. Interpretatio etiam à me librorum difficiliorum scripta est Hippocratis, præcipue legitimum, sed nondum perfecta est qua die hæc scribimus, scilicet xvi. Calendas Decembris M.D. LXXV. Præterea materiam de morbo Gallico ampliter, & experimenta ad morbos difficillimos comitialem, insaniam, cæcitate, in paucis, vt de seta equina ad hydropem; alias ad scirrhus, vrigines meiendi, morbos articulares plurima, & ad lapidem renum, colicam, hæmorrhoidas, & alia ad v. millia. Absolutorum autem problematum seu quæsitiorum ad xl. millia, minoriorum cc. millia reliquam. vnde lumen illud patriæ nostræ, appellabat *vixta inuentum.*

— — — — —

CAPVT XLV.

Libri à me conscripti. Quo tempore cur, quid accideris.

Impressi Mathematici.

ARs magna. 1
De proportionibus. 1
Regula Aliza. 1

Astronomici.

Commentariorum in Ptolemæum. 4
De Genituris exemplaribus. 1
De Interrogationibus & Electionibus. 1
De septem erraticis. 1
De vsu Ephemeridum. 1
De emendatione moruum & cognitione stellarum. 1
Astrologiæ Encomium. 1

Physici.

De subtilitate cum Apologia. 22
De Rerum varietate. 17
De animi immortalitate. 1

Morales.

De vtilitate capienda ex aduersis. 4
De consolatione. 3
Exhortatio ad bonas artes. 1

Variorum opusculum primum.

De libris propriis. 1
De curis admirandis. 1
Neronis Encomium. 1
Geometriæ Encomium. 1
De Secretis primis. 1
De vno. 1
De gemmis & coloribus. 1
De Morte. 1
Tetim seu de humana conditione. 1
De minimis & propinquis. 1
De summo bono. 1

Variorum opusculum secundum.

Dialectica. 1
Hyperchen. 1
De Socratis studio. 1
De Aqua. 1
De Æthere. 1
De Decoctis. 1

Medicina opusculorum tertium.

De causis, signis & locis morborum. 1
Ars curandi parua. 1
Consiliorum liber primus. 1
De Medicorum abusibus. 1
Quod nullum simplex Medicamentum noxa careat. 1
Triceps. 1
Apologia in Thessalicum Medicum. 1
Apologia in Canutum. 1

Commentarij Medicina.

Aphotismorum lib. 7. De venenis. 3
De aëris constitutione 1. omnes. 11
Prognosticorum lib. 4. de septimestri partu 1.
omnes. 5
De

De aëre, aquis & locis lib. 8. Confil. secundus
lib. 1. omnes. 9

De alimento lib. 22. | Examen.
ægrorum. 2

In diuinandi genere.

De Somniis. 4

Extant impressi quos non connumerō.

De sapientia lib. 5.

Antigorgias lib. 5.

Medicinæ Encomium lib. 1.

Ephemeridum supplementum lib. 10.

Scripti Mathematici.

Geometriæ nouæ. 2

De numeris integris. 1

De numeris fractis. 1

De numerorum proprietatibus. 1

De Alogis. 1

De Commentitiis seu fictis. 1

Musicæ. 1

Physici.

De Natura. 1

De Secretis Quartus. 1

Hyperboreorum. 2

Morales.

De Moribus. 3

De optimo vitæ genere. 1

Memorialis. 1

De Vita nostra. 1

In Medica arte.

De vrinis. 4

De habitatione Romæ. 1

De dentibus. 5

De tuenda sanitate. 4

De lue Indica. 1

Consiliorum tertius. 1

Actus. 1

Contradicientium Medicorum. 12

Manuarius. 4

In librum de victu in Acutis. 6

In Galeni artem Medicam 1

Floridorum seu in primam primi. 2

In Hippocratis Epidemia. 5

In Theologia.

Hymnus, vita B. Virginis.

Vita B. Martini. cum disputationibus.

Diversorum Argumentorum.

Paralipomena. 6

De clarorum Virorum libris. 1

De inuentione. 1

Problematum. 1

De conscribendis libris. 1

Proxeneta. 1

De ludis. 2

De carcere Dialogus. 1

Flosculus Dialogus. 1

De Nodis. 1

Antigorgias. 1

Medicinæ Encomium. 1

Metoposcopia. 7

Technarum calidarum. 1

De vsu Ephemeridum seu inuentionis no-
uz. 1

Sacra. 1

Tom. I.

Qua causa permotus sim ad scribendum; superius intellexisse te existimo, quippe somnio monitus, inde bis, terque, ac quater, ac pluries, vt alias testatus sum: sed & desiderio perpetuandi nominis. Bis autem magnam copiam, ac numerum eorum perdidit: primum circa xxxvii. annum, cum circiter ix. libros exussi, quod vanos, ac nullius vtilitatis futuros esse intelligerem. Aderat interim multa farrago, & præcipue in medicina: nec ex his libris quicquam decerpfi, aut integrum seruaui, præter librum de malo medendi vsu, à quo primam editionem inchoaui, & Arithmeticæ rudimenta: ex quibus construxi Arithmeticam parvam. Pauld post, circa annum Domini M. D. XLI. opusculum de supplemento Ephemeridum, quod semel iam editum, inde auctum denuo superauxi & edidi. Anno autem M. D. LXXIII. alios cxx. libros, cum iam calamitas illa cessasset cremaui, sed non vt in prima: verum decerpfi quicquid vile mihi esse visum est: Et præterea aliquos etiam integros seruaui, velut librum technatum calidarum ex opere fabularum, librum de libris clarorum Virorum, alia commutaui, vt Diomedes qui recepit

Χρόσια χαλαίων, ἐκατόμβοι ἐνεαβοίων.

Feci quia placebant: corrupti, quoniam displicuerunt, & euentus fauit vtri que consilio. Post ex geminatis somniis, scripsi libros de Subtilitate, quos impresos auxi, & denuo superauctos tertio excudi curauit. Ex hoc ad artem magnam, quam collegi, dum Io. Colla certaret nobiscum, & Tartalea, à quo primum acceperam capitulum, qui maluit æmulum habere, & superiorem, quam amicum, & beneficio deuinctum, cum alterius fuisset viuentum. Interim dum iter agerem in Ligeri flumine, nec haberem quod facerem, commentaria in Ptolemæum anno M. D. LII. conscripsi. De proportionibus, & Aliza regula addidi anno M. D. LXVIII. ad librum Artis magnæ, & edidi; tum etiam libro Arithmeticæ, & duos nouæ Geometriæ, & Musicam, sed hanc anno post vi. scilicet M. D. LXXIV. correxi & transcribi curauit. Libros de Rerum varietate anno M. D. LVIII. edidi: erant enim reliquæ librorum de subtilitate, quas non potui ordinare, nec castigare ob multitudinem negotiorum, filij enim parum mōgeri, aut apti, nulli penè reditus, legendi munus non intermittens, domestica distributio, artis in vrbe exercitatio, Consilia, Epistolæ, totque alia, vt nec respirandi, nedum corrigendi locus daretur. Edidi libros de consolatione primum inter tot ærumnas: post addidi de sapientia, vt denuo recuderetur, anno M. D. XLIII. Interim scripsi illa multa opuscula quæ partim edita sunt, partim nondum, sed & vniuersos medicinæ libros, è quorum numero quatuor vides editos, Aphorismorum, de Alimento, de Aëre, Aquis & locis, ac Prognosticorum. Adhuc iacent Floridi duo commentaria in Artem medendi Galeni, in Epidemia Hippocratis primum & secundum: Cum veni Bononiam de somniis editus est, vtilis sanè multis futurus sapientibus, forsân rudi plebi incommodus, sed quid est, quo si quis malè vtatur, aut etiam inconsulto, non noceat? Equi-

enfes, arma, munitiones, improborum in manibus atrocia tela, bonis non tam commoda quam necessaria. Difficultatem affert diuisio, vt inter viles, & inutiles, tertius ordo statuatur solis Doctoribus legendus. Dialecticam conscripsi vt spectra illa naturalia, vix verisimilia, fabricare docerem: delectatus inde opere proprio, præ lætitia euulgauit, nec tamen habetur integra, nec emendata. Artem medendi paruam conimodo publico, cum cætera tardius emitti in lucem animaduertentem. Librum de animi immortalitate conscripsi potius studio rei, quam iudicio, cum tantæ molis non satisfaciatur Hyperboreorum secundus eius loco succedat: Dialogos, vnum ad leniendam calamitatem, qua pressus eram, alterum ad coarguendam hominum insaniam, vt quatuor contrariis satisfacerem dolori, & insanæ voluptati, stultæ cupiditati, atque timori. Proxena fuit ex impetu, quod volui. Memoriale in quo præstiti. Promptuarij libri quatuor, flores & fructus totius Artis medicæ, breuiter comprehendunt, vt postea nullo indigeas, si priora non hos consecutus fueris nil actum putato. Commentaria in libros de victu in acutis, vt per doctrinam solidam ratio habeatur eorū, qui ex morbis acutis seruari possunt. In quo genere, vt dixi, morborum curando, admodum felix fui. Libri de vrinis nondum absoluti sunt: Hi testantur naturæ miracula, cum in tam paruis, tot contineantur, vt enim ad totum ita pars; simplex tamen est, & horum ratio, & in imitatione ob id summa difficultas; elaborata autem hæc compositio, multisque, vt par erat, comprobata experimentis. Porro cum libri contradicentium Medicorum, omnia dubia artis attingant, & vt mihi licuit dissoluere aggrediantur, si placuit sententia, cur damnare debeo? si diffido, cur apposui? decreui? determinauit? Problemata vt solet dici,

Et prodesse volunt, & delectare Poeta.

Libros de ludis, lusor, aleator, scriptor cur non de ludis scribat: Et forsitan vt dici solet *ex vngue leonem.*

Metoposcopia libros è xiii. in septem contraxi, pars est Physiognomia. Accepi ex Hieronymo Vicecomite, Suetonius extulit artem laudibus mirum in modum, umbras quasdam veritatis animaduerti, seu vera seu falsa, difficultimum est quidquam determinare, nam ex falsis decipieris ob hominum & signorum multitudinem, & inconstantiam mutationis eorum.

Paralipomena & ipsa seruata sunt, ex veteri ruina; quis putet alia ratione deleta quæ deleui, nisi quod neque probabam confusæ, & sine ordine scripta: non delectus obseruatus, infima supremis, sæda nitidis, vtilia damnoſis, artificiosa fortuitis, curiosa absurdis, permixta: neque sperabam, etiam si multa sustulisset, reliquum posse emendari, & in vnum corpus rotundum redigi. Quamobrem melius esse putavi, si dum omnes vident, viuuntque, si donec res est nota omnibus, bene consulerem amicis atque patronis, & quod maius est, compendio maximo facto temporis, longè plura, & clarius & certius posse posteris relinquere, quam quæ aboleuimus ostende-

rem. Hoc dico pulcherrimum esse ita viuere, vt nemo desiderare possit, quod à bono viro, officij loco sit præstandum. Quamobrem de Inuentione, & conscribendis libris, & de libris clarorum Virorum scripsi, vt hæc eadem ipso facto quod verbis laudaueram confirmarem. Hymnum, & vitas illas, vt etiam illis à quibus multa acceperam, animo saltem me declararem non ingratum. Expunctionem quod in summa vtilitate, exactam diligentiam interponi debere non solem, sed etiam exigi arbitrarer. Vt enim summa quæque dominantur; & exornant, ita errata neglecta, parum accuratè scripta, animos legentium labefactant, ipsi libris detrahunt auctoritatem, communique bono detrimentum afferant. Non me latuit exemplo Aristotelis, & Galeni, hoc ipsum facere potuisse: sed illis hoc necessarium fuerat qui generaliter res tractarunt, mihi tutum & decorum, qui per particulas huiusmodi diligentiam, in libro de optimo vitæ genere pro viribus adhibuimus, cum non aliam viam aduersus præteritorum memoriam, & præsentium incommoda, ac futurorum ingruentia pericula inuenirem, nisi si quis immortalitate se immortalem fingere potest? sine senij incommodis mori, & tamen superare iuuentam; in perpetuo rerum tumultu, quietum; in continua reuolutione, constantem? hæc quatuor sufficere velim omissis tot casibus, aliisque molestiis, quæ sunt longè plures his necessariis cuique mortali. Eorum igitur summa est, quæ acciderunt omnino futura erant, vt pote mors meorum. At non eo modo? Quid refert? Aliis omnibus idem reditus? At non nunc. Quantum interest, si paulò post euenient: Numquam fuit, eritve requies vlla mortalibus; comparæ quæ nunc tibi acciderunt, his quæ erant & status in tempore Polybij: hæc rosarum calamistra, illa poterant dici calamitates. Nihil tutum illis, cædes sine causa seruitus, spoliari fortunis omnibus, iocus erat. Aliud contemplatio æternæ & beatæ nobis cognita vitæ, quæ alienigenis non erat. Ergo quid calamitosum hæc cogitanti accidere potest, ortus idem, finis idem communis, fors eadem, præterquam, quod nobis à morte gaudium relinquitur, verum fallimur, quatuor modis, vt supra exposui: quod credimus aliquid esse in hac vita solidum magis, etiam si in medijs actionibus; & quod non animaduertimus nil esse diuturnum, nedum sempiternum; tertio quod arbitramur senescere mentem, etiam si anima superuieret, quoniam opus quod corpori commune est senescit. At profus dico nil senescere nostrum; non animam, quia si instrumentum maneat, & operatio, vt mihi visus nunc; non corpus, quia iuxta Philosophos maximè Platonicos, vt in Phædone, non est nostri pars prima: non operatio quæ prima est, & perfectissima, cum impediri possit, non quod indigeat, sunt enim diuersa, Sol indiget aère vt illuminet, aër est causa illuminationis Solis, aëris vitium impedit Solis illuminationem. Hæc igitur fuit ratio consilij mei, hic scopus. Secundus liber vocatur Memorialis, in quo tota illa doctrina quæ in priore collecta est, vt dixi, in hoc est diuisa, & in partes suas distributa, vt non solum con-

solari,

solari possis, sed etiam iunari in quamcunque conditionem incideris. Tertius est Promptuarij non solum ad lucrum, & ad honorem spectans, sed quod pulcherrimum sit fungi officio pietatis, & præstare quæ debeas, sed ut cognoscas quantum plus etiam debeas in eo, in quo alij nec debere se cogitant: Et si iucundum est adeo Architecto, ædificasse domum, non casu, sed ratione: quanto magis homini hominem iure seruare potuisse, cognoscereque quantum possis: Quartus est hic ipse vmbilicus scriporum, & ad voluptatem, & ad pietatem: quem si sciens aliquo defedasse mendacio, quo animo erga Deum me esse velles: aut quam voluptatem capere liceret? Et nisi foret quoddam homines sunt veluti animalia bruta, quæ non bonis, sed his delectantur tantum, quæ conficere possunt, adeo ut muscis aranæ, & ferro Isthocameli. (Nam de his qui suspiciuntur, ac arte vasa voluerunt videri scire, quæ alij nulli sciunt: cum experimento compertum postea sit, multa quæ alij norunt, ipsos ignorasse, non curo:) est quinto loco opus de tuenda sanitate: ultimo Hyperboreorum secundus, in quinto, tertius, in sexto primus perficitur: Optarem præter hoc decemnouem, ex meis scriptis, librum nullum alium superesse. Miratur forsitan aliquis, nonne Virgilius, perditam Æneidem optauit, (imo voluit, & imperauit) superstitibus Bucolicis Georgicisque. Et nos non nisi postquam omnia nostra recognouimus, in hanc sententiam deducti sumus. Libros ergo de Natura confecimus, quarum causa satis dictum est. Hyperboreorum loco Theonoscon, de moribus, imitatione Aristotelis, quod in sua Republica censuerit tyrannidem longissimam, vix vsque ad centum annorum spatium extendit, cum id falsum sit. De vita nostra quoddam videar ad hoc commodo, necessitate, & tot occasionibus incitatus: nec iniucundum sit mihi tam perlustrare, si Epicurus non omnino fallitur de Dentibus, quod longiorum morborum curam certa methodo, tradiderim, non secus quam in Commentariis acutorum. De Indicalue, quoddam tam multi de hoc ad me scripserint, & ego farraginem grandem in hoc argumentum congregassem: Porro de tuenda sanitate multæ fuere causæ, Galenum primum nimis exactum, dum sequitur ordinem, multa obscura, pleraque incerta, omnia imperfecta reliquit, pudet dicere, quandoquidem adeo circa illas suas friciones, & exercitationes aberrat, vagatur, immoratur, vt neque quale vinum sanis, & iuuenibus dari conueniat, in tot locis opportunis, tantisque voluminibus, quasi ex professo vitasse videatur, docere meminerit. Omitto quoddam neque mos antiquorum, nec Græcorum sanè conueniat Italis, & præsentis tempore: nec eadem penè res sint: refert enim in secundo de alimentis, Arum in Cyrenaica regione mandi vt rapum: nec villo modo esse molestum. Ignorauit etiam distillationis artificium, ea ætate nondum inuentum. Non parum etiam debuit apud me valere imperium eius, cuius & summa potestas, & bonitas conspicua sunt. Libellum actus, vt actuarium, & in Machinis igneis igniculum addidi. Cæterum si quis volet ad priorum decemocto normam, reliquos omnes meos re-

digere libros, relectis his quæ minus congruunt, aut necessaria sunt, prout & nos quibusdam in locis aliorum egimus, vt de varietate rerum, operæ pretium fecerit, & ei gratias habebimus. Memineris autem quoddam, cum libri omnes saltem boni, diuino lumine conscripti sint, trifariam tamen hoc contigerit, vel vt ab eo illustrati, quod est commune omnibus; omnis enim sapientia à Domino Deo est, & vt Platonici purant, noster intellectus à Bono cui iungitur, sit intelligens, & animam supra conuersam illuminat: alter modus est magis euidens, cum particulatim etiam se infundit, de quo falso Platonici aliqui dubitauerunt, lex nostra non ambigit; tribuiturque probis hominibus: Tertius est, cum quibusdam occasionibus oblatis apprehenditur, velut mihi contigit anno præsentis M. D. lxxvi. pridie Idus Martias, dum scriberem ferulæ historiam in libro de tuenda sanitate, laudabam enim quod placuissent ferulacea, occurrat mihi senex non togatus imò pannosus, in foro olitorio Romæ, quod piscario proximum est, qui me dissuasit ab vsu eius, dicens, *Posse iuxta Galeni sententiam ferulam perimere, velut & cicutam*, cui cum respondi, me dignoscere probe cicutam à ferula: dixit *cane scio quid dico*, & de Galeno quædam obmurmurauit: reuersus domum inueni locum quem alias non animaduerteram: propterea et si non prorsus magna ex parte, tamen mutata sententia priori, multas exceptiones addidi. Quod in Italia collecta essent: de eorum caule esse intelligendum, si modo tutus esset vsus: si non obesset frigiditas: posse tamen, vt medicamentum naturæ non adeo familiare, vtendum esse eo, non abutendum: colligendum vere nouo non ætate ineunte, ortu vbi trifolium abundaret: si timeret aliquis ab eo prægustare, Zedoariam, aut malum Medicum, panem cum allio incoctum, cani aut gallinæ offerendum. Itaque si quis hæc animaduertat, fructum non leuem ex lectione colliget, & promerenti, vt ab initio præfati sumus, gratias agat, sic hortor vt corrigant lege Augustana. At nostra quidem vt præfatus sum, noua eadem arte conscripta sunt, diligentia non eadem.

CAPVT XLVI.

De Me ipso.

Hæc & talia meditati, succurrit ea interrogatio quam sentio mihi obiici posse, scilicet an cum his omnibus malis, bonisque, ac mediis casibus, pigeat me viuere; vel vixisse? stultum esset non præcogitare quid dicas, & dictis, cur dixeris non addere rationem. Infelicitates sunt mors filiorum maximè sæua, aut stultitia, vel sterilitas: impotentia ad congressum mulierum: paupertas perpetua, pugna, aculationes: incommoda, morbi, pericula, carcer, iniuria in præferendo immeritos, tot, & toties. Sed omittamus communia, si non est infelix, cui neque filij, non honores, non opes, quomodo senex, cui de omnibus his aliquid est? compara te ortui & miserioribus, non solis potentioribus:

toribus: non possum iure pœnitere conditionis meæ, immo felicior etiam sum (cognitione multarum, magnarumque rerum, certa ac rara) si Aristoteli credimus. At dico magis, hoc ipso, quod potui contemnere mortalia, velut Stoici: cuius rei fructum nunc percipio satis vberem, ut qui nec mihi ipsi in iuuenta inuideam, nunc decrepitus: neque sorte corporum sensuum, aut fortunæ beneficiorum, neque cogitationis, miser. At maius nunc dicam, esse me felicissimum, qui sciam, diuinitatis nostram naturam esse participem. Quid si quis morte periclitanti nunciet, superuicturum xv. annos velut Ezechia regi, nonne lætior euadet? si xxx. aut centum in mille transeat, quo gaudio immenso afficietur? nonne etiam harum omnium mortalium deliciarum obliuiscetur? si x. aut centies mille, non poterit sui iam esse compos? Sed fac ergo perpetuum sit: Quid iam erit quod amplius querat, aut speret? At qui extra spem hanc viuit, duplici veroque bono priuatur, & spe scilicet, ac fructu. Si ergo eiusmodi placuit Deo nos in mortalitate immortalitatis fieri participes, non decet negligere gratuita dona, nec aliam de conditione nostra habere existimationem.

CAPVT XLVII.

Spiritus.

Spiritus affidentes, aut prædentes (Græci minus Latine Spiritus) fuisse quibusdam viris pro constanti, ut dixi receprum est: Socrati, Plotino, Synesio, Diono, Fl. Iosepho, sed & mihi. Omnes quidem felices vixere præter Socratem, & me, qui ut dixi optima tamen conditione fruor. At C. Cæsari Dicitur. Ciceroni, Antonio, Bruto, Cassioque mali licet illustres adfuerunt: Antonio, & Ciceroni gloriosi, sed permissiosus uterque: Iosephi præclarus & ratæ nobilitatis fuit, bellica virtute, gratia apud Vespasianum: & filios, ac opibus, monumentis historiarum, triplici sobole, & pugna cum calamitate suæ gentis: tum pro uidentia futurorum, qua illustratus est in captiuitate, liberatus ab insania propriorum, & seruatus à maris fluctibus. Verùm: Dæmones manifestè fuerunt; at nobis ut credo bonus & misericors spiritus.

Mihi fuisse, diu persuasum est: sed qua ratione me certiore redderet de imminenti- bus, non nisi exacto anno vitæ lxxiv. deprehendere, dum vitam meam conscribere adortus sum, potui. Tot enim imminentiæ, & ipso statim limine (ut dici solet) & ad vnguem & tandem cognita, & verè præuisa, maius penè miraculum est sine auxilio diuino, quam cum spiritu. Rem ipsam expiscari licet ex dictis: cum enim præuideat spiritus quod mihi imminet, utpote filium (quem verisimile erat eo vesperi pollicitum se ducturum Brandoniam Soronam) sequenti die perfecturum matrimonium, mouit illam palpitationem cordis, modo sibi peculiariter noto, ut repræsenteret tremorem cubiculi: Et illud idem in puero tum, & sic ego, & puer sensibus tremotum, quem nullus ciuium, quod terra

non tremuerit, sensit. Et si non duxisset illam, quod absque magna contentione accidere non poterat, non propter hoc delusus videri poteram: sed maiorem gratiam meritò habiturus, tanquam vitare docuerit. Ita & in carcere, mouit speciem mihi, & socio adolescenti, repræsentrantem strepitus illos ut (credo mandato Dei) confirmaret in diuina spe, & à morte euaderem, & omnia illa mihi quæ paterer mitiora viderentur.

Ex hoc intelligimus spiritum illum esse potentem, ut in his quæ simul aliis visa sunt: aut in quibus hallucinati sunt duo sensus simul, ut in illo *Te sin casa*. Item ostenta anni M. D. xxxi. corui, canis, scintillæ ignis, acciderunt quia potest spiritus mouere animalium ratione carentium animas, velut etiam homines capiuntur timore ab umbris, & spe delusi à re lucida, tanquam gemma aut metallo.

In vniuersum Dæmonum apud antiquos multiplices fuere differentia: Prohibentes ut Socratis; admonentes ut Ciceronis in obitu: docentes quid futurum sit, per somnum, per belluas, per casus, hortando nos ad locum eamus, & fallendo per sensum vnum, aut plures simul, & eo nobilior: Item per res naturales, & demum per non naturales, & hunc censemus nobilissimum. Item bonus, & malus.

Remanent dubitationes cur hæc sollicitudo pro me non aliis: Neque enim eruditione, ut aliqui putant præsto, sed forsan vice versa: An amor veritatis immensus & sapientiæ, & cum contemptu opum, etiam in hoc statu paupertatis; vel ob iustitiæ desiderium; aut quod omnia Deo tribuam, nihil propemodum mihi; aut forsan ad aliquem finem ipsi soli notum?

Aliud cur quæ admonet non apertè admonet? adeo ut vellem; sed vnam rem pro alia docet, velut strepitibus illis inconditis, ut considerem, Deum cuncta spectare, licet illum oculis non videam? Poterat enim per somnium admonere apertè, vel per aliud ostentum clarius, sed hoc forsan indicauit magis curam diuinam, maioraque quæ acciderunt timores, impedimenta, anxietates, & stridor timoris loco; obscuritate etiam opus est, ut intelligamus esse opera Dei, non ut verare doceamur. Stultum ergo est præpropere in huiusmodi cognoscendis sollicitari: stultius proferte velle quæ tot modis impedita sunt consiliis hominum, consuetudine longa, iudiciis peruersis, & si vera futura sint parum prodesse potes? si falsa quid iuuant? Ergo ut à liberalibus viris, quibus licet multa donare, quæ nobis non licet recipere.

Rursus cur quædam quæ non potuerunt intelligi velut illud: *Te sin casa*, & *Lamans*, & id de vita quatuor annorum ex responsione Simij? Et de vermiculis quæ in scutellis apparuerunt? Nec est verisimile talia accidere ex errore, cum vis diuina non habeat quidquam contumax, & ei nota sit occasio, præcipua: Et idèò quamuis non habeam quid certi, verisimile tamen est, quod causa illa, scilicet spiritus, ut etiam natura, moueatur certo ordine, & sicut generantur monstra in natura nunquam aberrante, vitio materiæ, ita, &

hic:

hic: neque enim verum esse puto vt spiritus sit nobilior nature intellectu, is tamen aberrat propter medium: Et ided credendum illud etiam esse instrumentum. Et sicut in quibusdam annis multa nascuntur monstra impedita vi Solis: ita impedita vi corporea quadam caelesti, aut anima, velut instrumento, accidunt imperfectiones, & errores in cognitione futurorum per illa signa. Et si dicas quod illi errores sunt in actione per materiam, & hic in actione per voluntatem: dico quod spiritus cum sit immaterialis, & res bona à Deo pendens, & est quod vocant Theologi (Angelum bonum) ex Dei voluntate ostendit quod futurum est rectè, & nunquam aberrat. Natura est etiam edocta significare animæ semper rectè quod à spiritu percepit: sed instrumentum quo docere vult, non semper est bene paratum ad recipiendum. Et hoc siue sit vapor, siue aliud, & tunc fit forma imperfecta, nihil ostendens aliud quàm spiritus velit, aut natura, & ita aberrat, aut non cognoscit: & sola differentia est, quod apud Philosophos ex materia non apta recipiendæ formæ: apud Theologos ex voluntate Dei ob peccata plerumque.

Cæterum nolim plerosque decipi, circa cognitionis nostræ modum, de quo toties dixi; quasi intelligamus, omnia me accepisse à spiritu quæcunque noui; quorsum enim sensus? aut me omnia scire? essem enim Deus; quinimo scientia mea comparata ad immortalium cognitionem, est velut vmbra hominis, ad infinitum Palatium. Est ergo cognitio triplex, à sensibus per obseruationes multarum rerum, quam plebs & imperiti in me magnificiunt; à cum duplex sit, vel tantum quod sit, vel cur sit, in plerisque sufficit scire quod sit, quia indignum studio esse iudicatu, horum minimorum causam quærere. Secunda est cognitio altiorum per causam, & iuxta disciplinas, quæ cognitio solet appellari demonstratio, quia ab effectu supra causam: & ea vtor, vt pergam ad amplificationem, ad splendorem, ad cognitionem generalem ex propria, licet in hac, tam raro ex arte assequitur sum, quam frequentius aditus à spiritu. Hæc cognitio placuit eruditibus, existimant enim procedere ex eruditione, & vsu, ideo etiam putarunt plerique studiosum me esse, & memore, cum nil minus. Tertia est cognitio incorporeorum, & immortalium, hæc mihi tota fuit à spiritu, per demonstrationem simpliciter, id est, dantem causam, & esse per demonstrationem certissimam, non tamen idem sunt hic quæ rursus erant, tum quia sæpe deducunt ad absurdum: tum quia quod angulus extrinsecus sit æqualis duobus intrinsecis sibi appositis, non est causa vt sit, sed vt sciatur. Igitur hæc demonstratio simpliciter, est solum in substantiis corporeis, aut incorporeis, ideo in Philosophia naturali & diuina: Mathematica autem est quasi propter quid. Quod quamuis durum videatur, verum tamen est, cognitio enim quod ita sit, est causa quod construimus demonstrationem: Problemata quoque, & linguas, tamen loqui nesciam, vt etiam nec cogitanti occurrant. Amplificationem vero, & splendorem, partim ab exercitatione, partim ab eo accipi,

nam splendori inhæsi plusquam xl. annis, antequam adeptus sim: ita conscribendi omnem artem, profitendique extemporaneæ: à spiritu, & splendore habeo, hoc tamen scientiæ genus apud homines, plus inuidiæ, quàm nominis, gloriæ quàm vtilitatis hucusque attulit; sed ad voluptatem potius non leuem, neque vulgarem, & vitam producendam contulit, solatio in tot calamitatibus, auxilio in aduersis, commodo in difficultatibus atque laboribus, vt opimam partem totam complexus sit aliarum maiorem, omnibus perfectioni, atque decori necessarius. In vniuersum, factum, sic constat, in causis aberrare possum, remitto me ad sapientiores, id est Theologos.

CAPVT XLVIII.

Testimonia clarorum Virorum de me.

Testimonia de me quàm nobilia fuerunt à quatuor inimicis. Primum à Mathæo Curtio viro clarissimo, dum à Senatu interrogatus de successore, respondit me optimum, & nulli negotio, aut expectationi imparem. Aliud fuit à Delfino qui mihi concursor secundo loco erat, coram discipulis, & in foro coram me, dicenti cuidam, si ego discederem, Montanum venturum primo loco: & cum ego adiecissem, durius tibi negotium esset cum illo ambitus discipulorum perito, respondit. *Quod ad primum, ego nemini unquam cedam loco, etiamsi Galenus prosteretur: mihi autem honestius esse duco, si secundo loco secum sim, quam cum alio, si priorem possideam: neque durius negotium cum aliquo futurum posse esse reor, quam tecum: cum quo fauoribus principalioribus, & tota urbe hac, & tot aliis illustribus viris, non potui impetrare, etiam libertatis mea gratia exulis, vt trientem tue scholæ aquare potuerim.* Camerius alter concursor, librum typis excussit, in quo grauius queritur, Papiæ, & aliis in Academiis, nomen meum citari aduersus Galenum: qui si non aliud esset, tot annis præmortuus, iure vel prorsus extincta inuidia, & tot auctoribus illi subscribentibus, præferri non cunctanter deberet: Prostat liber suus apud omnes. Sebastianus, Iustinianus, Venetus Prætor Patavijs ætate anni M.D.xxiv. vir sapientissimus, & literarum humaniorum, ac Philosophiæ, Theologiæque studiosus: & multis legationibus pro sua Republica functus fuerat, cū interesset publicæ disputationi, in qua inter cæteros argumentatus erat Vincentius Madius Brixianus (qui paulo post professus est Philosophiam publicè Ferrariæ) vbi audiuit me disputantem post multos alios, rogauit quinam essem, cui quidam dixit, Mediolanensis, vocatur Hieronymus Cardanus; vbi absoluta fuit disputatio, iussit me vocari, & tota Academia præsentem, inquit: *Stude ô iuuenis, quoniam Curtium superabis: cumque ego attonitus rei nobilitate tacerem, subiecit, intellexisti ô iuuenis: dice tibi, stude quoniam Curtium superabis: obstupuerunt omnes qui audierunt, & maxime quod non solum ex subditis illorum regni non errata, sed etiam ex urbe non prorsus amica, ob bella quæ inter illos, & principes*

cipes nostros diu continuata intercesserunt. At in scriptis, cum multos alios testes, me huius relinquere non ignorem, hos ipsos quorum operibus honesta cum memoria inferus sum, subiicere operæ precium duxi, cum vbiq; typis impressa proflent.

Testimonia de nobis in Libris.

1. **A** Dolfus Crangius in Trithemium.
2. Adrianus Alemanus in Hippocratem de aëre, aquis & locis.
3. Andreas Vesalius in Apologia contra Puteū: sed sub titulo Gabrielis filij Zachariæ.
4. Andreas Tiraquellus Iurisconsultus, de nobilitate, & in libro de Legibus connubialibus.
5. Augerius Ferrerius in libro de Morbo Gallico.
6. Annotationum author in Hermetem de natiuitatibus.
7. Antonius Mizaldus in libro de Sympathia & Antipathia.
8. Amatus Lusitanus in Commentariis supra Dioscoridem.
9. Andreas Baccius de aquis Thermarum, seu de Balneis: sed inuidiosè, vt ostendi illi ipsi.
10. Andreas Camatius vt supra dixi in Disputatione.
11. Antonius Maria, seu Marcus Antonius Maioragius vt ipse mutato nomine se inscripsit, in a Antiparadoxis.
12. Adrianus Turnebus in Epistola quam præfecit interpretationi libri Plutarchi de oraculorum defectu: sed suppresso nomine meo, stultus accusat seipsum.
13. Brodæus in Miscellaneis.
14. Butteolapis molaris, qui nec scit nec doceri potest.
15. Car. Clusius de Aromatibus Indiz.
16. Christoforus Hispanus in itinerario Principis Hispaniæ.
17. Chronica Gasparis Bugari inter Medicos recensens & Professores.
18. Chronica supplementum per Sansouinum inter Medicos & Professores.
19. Conradus Gesnerus vbiq;.
20. Conradus Lycosthenes in libro de prodigiis.
21. Constantinus in Amatam, maxime vbi agit de lapidibus.
22. Christophorus Clavius Bambergensis in tertium elementorum.
23. Daniel Barbarus Aquilegensis Patriarcha, in Decimo Commentariorum super Vitruuium, cap. octauo.
24. Daniel Santberchius in septimo Problematum.
25. Donatus de Mutis Aphorismos quosdam exponendo.
26. Epitome Bibliothecæ.
27. Franciscus Alexandrinus in suo antidotario.
28. Franciscus Fluxatus Candala, cuius vituperatio laudis loco haberi potest, in sua Geometria.
29. Franciscus Vicomercatus in suis Meteoris.
30. Fuchsius in compendio suo Medicinali.
31. Gaspar Peuceus de diuinationibus.
32. Gaudentius Merula de bello Erasmianno, hic fuit primus qui nomen nostrum Typis publicauit, Patria Nouariensis.
33. Georgius Pictorius, Medicus, in suis libris qui plures sunt.
34. Gulielmus Gratarolus Bergomensis Medicus.
35. Gabriel Falopius de Fossilibus, licet contradicat.
36. Gulielmus Rondeletius in historia Aquatiliū. Inuidiosè.
37. Gemma Phrius in sua Arithmetica.
38. Hieronymus Castillioneus in oratione de laude patriæ.
39. Hieronymus Tragus de Plantis.
40. Hieronymus Montuus Medicus Regis Gallorum.
41. Iacobus Peletarius in Mathematicis.
42. Io. Choul de Quercus Historia.
43. Io. de Coliada de ossibus.
44. Io. Baptista Plotius Iurisconsultus, de in litem iurando.
45. Io. Schonerus, de Natiuitatibus.
46. Io. Cochleus in initio suæ historiz.
47. Ioachimus Seclerus in Ioannis Hispanensis Ifagoge.
48. Ioan. Ceredus de aquarum eleuatione.
49. Ioan. Stadius in tabulis & Ephemeridibus.
50. Io. Barros Lusitanus in quarto Decadis primæ suæ historiz de India Orientali.
51. Iulius Cæsar Scaliger in libros de Subtilitate.
52. Iacobus Carpentarius in Alcinoi Commento.
53. Ingressus in libro de tumoribus.
54. Liber aggregatus de aquis.
55. Liber aggregatus primus, de Gallica seu Indica lue.
56. Leuinus Lemnius de Naturæ secretis.
57. Laurentius Damia in sua Geographia nondum exculsus.
58. Leo Suauius de Arsenico & Auripigmento.
59. Lucas Gauricus in suis natiuitatibus, licet inuidiosè.
60. Matthæus Abel in diuisione de situ orbis.
61. Martinus Henricus in quæstionibus Medicis diffuse.
62. Melancthon in initiis doctrinæ.
63. Melchior Guilandinus Borussius.
64. Michaël Seifelius in sua Arithmetica.
65. Michaël Bombellus Bononiensis in sua Algebra.
66. Nicolaus Tartalea qui cum male dixisset, Palinodiam Mediolani recinere coactus est.
67. Philander in Vitruuium.
68. Petrus Pelna, & Mathias de Lobel in libro stirpium aduersaria, capite de hora & Antithora.
69. Reignerius Solenander de Aquis calidis.
70. Seuerinus Bebelius libro secundo de Succino.
71. Thaddæus Dunus in opere peculiari.
72. Valentinus Nabod Colonienfis in Commen

Commento super Alchabitium.

73. Vareus in sua materna Poësi.

Plures alios, quorum nominum nunc non recordor, scio nomen meum literis publicè mandasse. Ex his qui malè dixerunt neminem agnoui qui Grammaticam excefferit: nescio qua audacia eruditorum ordini se intulerint, sunt enim hi.

Brodæus	Rondelletius
Fuchsius	Buteo
Carpentarius	Fluxada &
Turnebus	Tartalea.

Nam Scaliger, & Dunus, & Ingrassias, & Gauricus, & Solnander sibi nominis comparandi gratia contradixerunt.

Modo accipe alia testimonia hominum, nam de scriptis, quis dubitat Galeno, nec forsitan Aristoteli (si non Typicæ artis beneficio accidit mihi) totidem vix, illis viuentibus contigisse, Andreas primum Alciatus vt aliàs retuli, quem honoris causa nomino, præter id quod solet appellare *virum inuentionum*, quotidie libros nostros reuolebat, maxime illos qui inscripti sunt de Consolatione. Ambrosius Cauenagus Cæsaris Prothophysicus *virum laborum*. Iulius Cæsar Scaliger plures mihi titulos adscribit, quos ego mihi concedi postulasse, appellans *ingenium profundissimum, selectissimum & incomparabile*: Neque cum tanta inuidia effici potui, vt publicè profitero nomen meum prætereatur Bononiæ, Papiæque tum alibi. Angelus Candianus, & Bartholomæus Vrbinas, ambo in clyti viri, ac Medici famosi, quoties inuenti sunt (nec abscondebant) cum libris nostris in manibus quamuis non admodum forent amici: sed finem iam imponamus, ne vicemur sectari somni) vmbra, mortalia enim vana, & laus eorum omnino inanis.

CAPVT XLIX.

Sententia de Mundi rebus.

DVæ sunt causæ maximæ infelicitatis mortalium, vt cum omnia sint vana & inania, homo quærit aliquid, quod sit plenum & solidum. Et quilibet putat se carere eo solido, æger sanitate, pauper opibus, orbibus filiis, infelix amicis: dumque quærit & non inuenit, cruciatur: sed multo magis inuento, cognoscit enim se deceptum, & aliud quærit, semper enim aliquid deest, ideo Augustus se amicis carere, & pudicitia descendendum querebatur: Hi semetipfos decipiunt. Alia est eorum, qui putant se scire quod nesciunt: hi etiam decipiuntur, & alios etiam decipiunt, alij fingunt, atque hi alios decipiunt. His incommodis accedunt duo alia fortuita, si locis & temporibus viuis quibus Respublica peruersis legibus patitur naufragium: Nam resistere velle difficillimum est, & anxietate plenum, aut stultum profus: vitare non minus, aut periculosum: Prædia enim & pecuniaz publicis subiacent calamitatibus. Aliud fortuitum fluctuatio, sub qua breuitas vitæ continetur, idco plerique in labore suo, & lucro alieno commorantur. Difficilia ergo hæc omnibus, difficillima senibus, & parum

cautis: impossibilia in expertis vel non aduertentibus, fiuntque deteriora aliena stulticia, quæ cum fuerit cum ignorantia finis, efficit improbos sibi, & aliis etiam deteriores. Propterea aliqui societatibus se adiungunt: aliis id primùm proponendum Deus, & mors: ille vt qui non fallat, illa vt quæ suprema sit malorum, cogatque nos alia contemnere, cæta, & malis finem impositura. Secundum, vt pluribus innitaris, ne si vnum pereat, aut cadas, aut seruus tuorum efficiaris. Tertium vt non res à quantitate, sed qualitate iudices, parua enim magnorum initia magnis, natura minoribus sunt anteferenda: Cumque pluribus indigeas, nec omnia ad calcem homini deducere liceat, nulli debemus immoderate incumbere: sed ad metam necessitatis, & securitatis: Ergo nec æqualiter, sed iuxta proportionem: velut virtuti, vt quæ nullo indigeat, & opibus quæ omnibus auxilientur. Sextum educatio plurimum potest in pueris, sed si nil horum profuerit, vt sint natura mali, & stulti, ac ob libertatem contumaces, quin etiam adulti iam, & ignaui, & vnus tantum, & tu etiam senex, hoc est summum malorum, si addas paupertatem, aut lites, aut dispersum patrimonium, aut mala tempora, quæ omnia mihi nunc adsunt, præter hoc vltimum: tunc dico, præter reliqua dicta, adsunt auxilia, vnū vt consideres si non haberes, magis careres alterum vt appropetres Scipionem inuenire ex tuis, vt nurum, aut agnatum: in hoc non oportet demum errare, inde totus negotio, tanquam renatus, post tot stulticias, incumbas.

Ergo vt breuiter concludam, cum nunc omnia sint exigua, & inania, quicquid etiam in actionibus quæ relinquuntur, versatur, postmodum aded ex momentaneis pendet: tum præcipue in nobis, cum aliis multis exemplis, hoc vno declarato. Anno M. D. xii. xvi. Calendas ni fallor Nouembris, dum Mediolani essem, iturusque Bononiam, antea circiter dies sex, ex ligula, qua caligas thoraci alligabam, aurichalcea cuspid exciderat: Id eo magis neglectum, quo magis premebar negotiis: Et tamen erant ligularum fasciculi sex, quos de ferre destinaueram Bononiam, empti pridie quam cuspid excidisset. Die & hora qua discedere (imo ipso momento quo carpentum ascendo,) meiere, & ex more quasi velle cœpi, peracto negotio, dum volo necere ligulam, impediior, quapropter pertæsus incommodi, vado ad tabernas quæ circa domum meam erant, emprum (tres enim propè, ni fallor, fuere) nullibi inuenio: hæsitans igitur quid agerem, recordor fasciculorum, peto clauem à genero: reddit, aperio arcam, quæ artificio Germanico difficile aperiebatur, vdeo fasciculos, & ecce statim animadueto librorum omnium, à me conscriptorum acervos ibi reconditos, vt postmodum discedens, mecum omnes simul asportarem.

Obstupui, steteruntque coma, & vox faucibus hæsit.

Assumpsi illos, detuli mecum, profiteri cœpi, initio Decembris, literæ aduenerunt, noctu fractam capsam, quidquid erat intrus asportatum. Si ligula non fuisset, profiteri non poteram, excideram munere, mendicassim, tot monumentum

monumenta perierant, ex tristitia breui ob-
iissem: atque id ex momento pependit, o hu-
manam conditionem, aut miseriam!

Vt vero hominum mores dignoscas, disci-
plinarum cultum, & perfectionem, ex natu-
ra, lege, & consuetudine percipies. Rudes
igitur simplices sunt, & pertinaces, vnde
circa extrema versantur, & vbi boni optimi,
non enim peruertuntur, vbi mali pessimi,
non enim ratione vincuntur, nec persuasio-
ne mouentur: circa Venerem ergo nefandi,
& ingluuiem turpes: in ira saui, praecipue
pauperes ob auaritiam, diuites ob ambitio-
nem: Inertes autem, & rudes, & inuidi sunt,
& tales maligni, auari etiam: Qui sub tyran-
niam degunt, potentes in rapiendo aliena, pau-
peres in retinendo propria: vbi auaritia, ne-
que amor, nec fides, nec misericordia: Au-
dacia ab ira facit crudeles: inertia facit for-
didus, praecipue gulae ac libidini iuncta: la-
boriosi necessitate aut consuetudine sunt, &
a siccitate ingeniosi: si legibus a disciplinis
interdicantur, & honos sit operibus, ambi-
tioque locum habeat, vt si ab Optimatibus
regantur, industria artium, & artificioso-
rum operum imminet, & maxime si regio
varietate floreat. In Republica, vel vbi
opes quaeruntur, honori neutro modo con-
sultitur.

Adduxi rerum exemplum, nunc subiiciam
quale millies accidit: ridebis, & tamen tan-
ti solum, aduenit mors & vita. Accidit au-
tem hodie, id est iv. Calendas Maias anni
M. D. lxxvi. vado ad forum: dem volo gem-
marium conuenire per angustam viam, dico
aurigae torpido viro, vt eat ad Altrouitarum
campum; ille dicit iturum, & aliud intelligit,
eoque se confert; regredior, non inuenio: su-
spicor isse ad campum custodis arcis: ed me
confero, onustus pannis, quia carpento an-
tea vectus eram, inter eundem occurro Vin-
centio Bononiensi Musico, & amico meo,
animaduertit me non habere carpentum: ac-
cedo, sed aurigam non inuenio: Ibi statim
me sollicitudo maxima inuadit, nam per pon-
tem rursus regrediendum erat, cum lassitudi-
ne, ieiunio, sudore confectus essem: poteram
impetrare carpentum a Domino, sed & huic
multa obstant pericula, Deo me commen-
do, cogito prudentia, & patientia opus esse:
regredior, sed hac mente, vt omnino nec de-
lassaret nec conquiescerem: sed in fine pon-
tis ad Altrouitum me confero, sub specie que-
rendi de permutatione Neapolitana pecunia-
rum, quam scire cupiebam, & ita sedeo: ille
me sponte docet, aduenit Dominus, ego ob
id statim abeo, video in campo aurigam, mo-
nitus enim fuerat ab amico cui occurreram,
ascendo carpentum, dubius an irem propter
ieiunium, in crumena inuenio tria grana Zi-
bibi, itaque omnia tuto perfeci, & etiam
cu voluptate. Hic vides quot occurrerunt mo-
mentanea, Vincentius, inde illius, & auri-
gae consilium de aduendo Trapezitam: ille va-
cuus tum curis: transitus Domini, ex quo
exitus meus e domo, quo occurri aurigae, &
grana illa vix cretica; vt fuerint septem,
quorum singulum si vel anticipasset, vel di-
stulisset, quantum vix duo verba li-
ceret, aut perdidisset me, aut incommoda,

& molestiam maximam attulisset: non hego;
& aliis talia quandoque accidere consueuissent,
sed nec adeo momentanea, nec periculis ma-
gnis plena, aut maximis inuoluta difficulta-
tibus, quae illi non animaduertunt.

C A P V T L.

*Dieta familiaria, quae sunt imposterum
observationes: excludit opinionem
falsam Nauia.*

AGenda sunt illa quorum commemora-
tione, nulla in aetate reminisci pi-
geat, & facultas prius destituit hominem
quam voluntas, in horum memoria tranqui-
litas sita est, melius etiam est, si nullam de-
sideret curam.

Optimum in contrariis haberi debet, quod
in longo vsu minus affert detrimenti.

Vt Soranus dicebat, honestum est acci-
pere ab efferentibus, a non dantibus non exi-
gere.

In incipitibus, partem elige natura commo-
diorem, vt boli exhibitionem, nam si potio-
nem, non licet redire, & in incipiti confun-
deris, nec adeo grauitatem retines.

Qui non vult ratione agere, bestia est:
aut ergo verberibus dignus, aut ab illo te
separa, solus enim homo sermone res agit,
ac tuetur.

Morosi intractabiles, duri, inertes non
adeo inutiles sunt in principali causa, vt in
multis aliis saepe, ideo fugiendi praeter cae-
teros.

Cum potentibus praecipue, hoc sufficit
(quod modestiam retinet) aut me iniuria affi-
citis, aut ego iniuria queror: Cum coniun-
ctis vt haeredibus, ab obitu meo vultis ne bo-
na mea sic custodire? implicabis enim illos.

Obiicienti paucitatem discipulorum, re-
spondi, plures vendi Donatos, quam Virgilio-
s; & quod essem in opinionibus singulari-
s, dixi: & ob id Monoceros in pretio, habet.

Iurisconsulto obiicienti paucitatem scho-
larium, respondi, aliqui plus decoris affe-
runt sua praesentia, alij plus dedecoris suo
recessu.

Glorianti se plures habere aegros, respon-
di, non de hoc, sed quod plures sanentur ex
illis: aliis acius, turpissimum est tot in ma-
nibus perire.

Dehortaturus adolescentem a societate
improbiorum, dixi, pomum me ostensurum
quod aceruum corruerit, ipsum non osten-
surum aceruum, qui corruptum pomum re-
stituerit.

Obiicientibus quod pueros multos alerem?
 respondi, bifariam mereror: quod bene ago, &
quod male audio.

Sapientia vt alia pretiosa, eruenda est e ter-
ra visceribus.

Comparanti me aliis doctis, Virgilianum
illud obiici.

Quid si idem certes Phaebum superare canendo?

Iussu saepe vt meditantur hoc solum &
maxime: quid maius, & quid minus?

Magnum sapientiae indicium est, habere
praestantem amicum.

Obiicienti

Oibiicienti senium, senex est quem Deus defecit.

Amici in aduersis auxilium, adulatorum consilium fuerunt.

Malum bono, non malo medicandum.

Animos scio esse immortales, modum nescio.

Plus debeo malis Medicis quod hostes meos perdant, quam bonis quamuis amicis.

Cum obiicerent me errasse in prædicando, cum essem cum aliis malis, & imperitis; dixi mirum fuisset, si cum essem inter illos, rectè prædixissem, aut aliud quippiam bene fecissem.

Cum facturus es aliquid, cogita quo in statu eris cum egeris, seu eueniat, seu non.

Homini præclaro, viuendum ubi princeps degit.

Amicos lato vultu excipite, promerentur enim, inimicos ut sitis superiores.

Qui scribunt incondita, similes sunt cruda deuorantibus, ob leuem voluptatem, graues molestias subeuntes.

Fidem hominum à commodo illorum metiare, si non sint omnino animo maiores ipsa se.

Maximum in humanis est, terminum actionum inuenire.

Homines nostra tempestate humanissimi, quod præsentibus, & sensilibus solum in hæreant, impietatis, & ingratitude, atque imperitiæ vno verbo damnati.

Similiter famulum amandaturus, tu mihi satis facis, ego non tibi, propterea cogere me relinquere.

Dicenti cur cum tu adeo sis sapiens, filij tui tam stulti sunt? Quia non ego adeo sapiens ut illi stulti.

Bene fortunati similes sunt pueris exilientibus è scalæ gradibus: qui quanto à numerosioribus, eo lætiores, sed maiore periculo & incertura certant.

Melius est centum dicenda prætermittere, quam vnum tacendum proferre.

Pueri sunt eatenus cogendi ad promptè respondendum, quatenus de aliis obliuiscantur, non de interrogatis obiter respondeant.

Roganti quid agatur Romæ? Quod in Regia urbium, & humanarum rerum.

An fuisti in carcere? vni, an vis & tu ibi esse: alteri socordiori, quid egisti quo timeas?

Non sunt inserenda libris, quæ finem non sunt consecuta, aut digna lectu.

Cum callidè aliquid dicis, corticem profundiorum habere debes: cum ergo audis, & illum habere existima.

In negotiis non ut in artibus generis cognitio quidquam iuuat, sed quantitatem scire oportet: Possumus enim prodesse Rhabarbarum exhibendo tertiana laboranti, etiamsi nesciamus quantitatem; at melius est tacere, aut non iniulere clientem, si modum in actione adhibere nesciueris.

Lachrymæ sunt Medicina doloris, & ira misericordiz, & necessitas maximè historia confirmata vtriusque. In vniuersum in cunctis bonum est posse impetrare tempus.

Tom. I.

In tuis rebus opponè vitium vitio, velut socordiz litium curam, & exactionis, pertinaciæ iracundiam, superbiz iniuriam, famem, & qui pugnis loco verborum agant, impatientem fac nuncium ad potentes.

Cum lauare vis, prius para linteam ad detergendum.

Anum pro ancilla sumpturus, interroga an sciant luere, lauare, panem facere, & iube ambulare, ac ignem accendere. Querere etiam vinum tibi deesse, & si habet coniunctos, quasi opus habeas illis, aut amicos, & quomodo Dominum priorem reliquerit: quot coniuges, & filios habuerit: deinde abstine, aut saltem opponè opportuna præsidia.

Celeritas in effutiendo pessima, in agendo quandoque necessaria, in deliberando mediocris esse debet.

Quæ sunt alieni iuris ne exige, maximè à Dominis: quæ sunt tui, ne postula in conditionibus, sed vtere arbitrio tuo, modeste tamen.

Cum hominibus quæ sentis non dicas, sed multo magis quam mutuum cui des, videto.

Quod in æternis est Deus, fingit ipseus vnam tempus: sed cum hoc etiam est impurum ob vicissitudinem.

In rebus periculosis, aut calumniæ obnoxiiis propter rem seu propter te, si non certus sis, vt possis absoluere sermonem, melius est præterire, in quo genere multi peccant, dum nimis ambitiosi sunt huius nominis quod multa sciant, vel quod omnia attigerint.

Caue ne deponas rem tuam in manibus gratiosi, vt etiam, si relinquant: si redimas periculum affert ne cum illo in inuidiam te trahat, certè suspensum tenebit.

Fac vt liber expleat vsus, & vsus reddat illum rotundum, hic & non alius perfectus est.

Dicenti misereor tui, respondi non iure.

Malum est boni defectus, bonum est per se virtus, quæ est in potestate nostra, aut quod est necessarium.

Opes filios amicos si non habuisti, & alia habes, felix es: si defunt & alia breui durabis.

Cum autem plures artes sint, vna est ars artium, per generalia dicere, quo plura paucis, obscura clarè, certum per incerto dicere liceat: sed tribus indiges, vt ea generalia omnia conueniant illi vni, vt compliceant aptè; includant atque excludant, & vt propria sint tractationi, quod solum prætermisit Aristoteles, propter penuriam scientiæ temporibus illis. Memineris etiam licere aliquid dare lepori vt in historiis.

Iniuste queruntur plurimi de virtute, dicentes illam famulari fortunæ, alij existimant eam felicitatis esse dominam; verba vero digna superbo.

Vitrix fortuna sapientia, dicimus autem:

Hos quoque felices, qui ferre incommoda visa, Nec iactare iugum didicere, &c.

Bifariam enim peccat: primum docendo, quod sapientia (intelligendo hanc nostram) sit potentior fortuna: cum quotidie experiamur contrarium: & ratio est, quia fortuna totam se exhibet, & vires omnes in quatuor explicat; at nos solum sirculum, & exiguum,

E ac

ac exilem sapientiz habemus : non ergo fortuna est potentior sapientia , sed multo minus nostra sapientia victrix fortunæ : Imo fortuna cædit vltro diuinæ sapientiz , nec audet ponere pedem , vbi illius vel prætereuntis odorem fenserit . Haud etiam placet sententia Bruti moribundi .

Infelix virtus , & solû pronida verbis :

Fortunam in rebus cur sequeris dominam .

Quamuis enim Plutarchus Antonij testimonium adducat de Bruto , quod occiderit solus Cæsarem facti splendore , cæteri ob inuidiam : id tamen forsan contigit ob alias causas , quàm quod ita sentiret : apparet enim ex testimonio Ciceronis , in Epistolis ad Atticum : Brutum multa quæ contigerant ægrè tulisse , & molestia affectum de his quæ successerant quod non contigisset si finis fuisset gloria . Iniusse autem queritur quod Antonius , qui vitam totam in armis consumperat , sibi qui in umbra & eloquentiz operam nauans à fortuna prælatus sit . Fortia enim virorum verba incondita , & incompta sunt , sensus autem vegetes : vt illud ad Neronem de quo Tacitus . Ergo quàm stulte locum virtuti Brurus in seditione quærebat , cum in vrbe ab hostibus circumdata felix homo inueniri non possit , quanto minus in seditiosa ? Et licet felicitas non sit in fortuna , sed virtute : fortuna tamen plus potest impedire quàm virtus illa aduersante præstare . Tria maxime mutant mores , ætas , fortuna , & coniugium ; ideo caue : hominum quoque conuersatio vt candens ferrum manibus tractatum nil peius : malleis tufum lucrum fabro , aliis commodum affert .

NÆNIA IN MORTE FILII.

*Quis te subripuit nobis dulcissime fili ?
Quis potius luctum tot nostra afferre senectæ ?
Cui tam dira fuit mens : ò crudelia fata !
Nascentem voluere meum quæ excidere florem ?
Non te Calliops , non te seruauit Apollo .
Iam Cithara & cantus sileans : rhytmique sonori :
Qua mihi pro choro reuoluunt suspiria natos ;
Dum memini dulci modulantem carmina voce .
Laurea quid te iunxit Medice artis ? tantaque rerum
Cognitio , & lingue facundia rara Latine ,
Tam subito longi si nunc periere labores ?
Quid seruasse Duces Hispanos profuit ? aut quid
Præclaros cines , seu , si Præsides cines ,
Atque Duce Hispano , cecidisti falce cruenti .
Heu quid agam ? meretur mi animus , suauissime fili
Dum tacitus mecum crudelia fata reuoluo ;
Nec licuit lacrimas nostras mandare libello .
Proh , scelus ! eripitur quatuor : nec flere licet ?*

Quasque dabam cineri aternas pro munere laudes

Immerita causas mortis reticescere cogor .

Nate haud immitti qui Principe , iussa Senatus ,

Exemplo infando veterum tam dira iussisti :

Crimina fallacis properas dum tollere macta .

Coniugibus nostris iam tuto insultes adulter ,

Plectitur egregij iuuenis si dextera vindex .

Heu fili virtutis imago certa paternæ :

Vivere perpetuum dulcissime dignus in æuum ,

Sed non iam licuit rapiunt ad sidera Parca

Omne bonum : terris que adimunt illustria terris :

Macte puer virtute animi : tum sanguine clarus ,

Et patrij simul , & sectator honoris auiti .

Dum prius ipse procul Rex est , spes certa salutis :

Et Phæbus terris negat , & sua lumina Phæbe ,

Sidera nec Cælo fulserunt vlla sereno :

Ne tetra aspicerent polluta Palatia cade .

Quo sequar ? aut qua nunc artus auulsaque membra

Et funus lacerum tellus habes ? hoc mihi de te

Nate refers ? Qui sum terraque marique sequentus .

Figite me si qua est pietas in me omnia tela ,

Coniicite ò saui : me primum absumite ferro :

Aut tu magne pater diuinum miserere tuoque

Inuisum hoc detrude capus sub tartara telo ,

Quando aliter nequeo crudelem abruptere vitam :

Sed non hæc fili dederas promissa parenti

Cautius vt sauo velles te credere amoris :

Perdidit ille meum natum . O sanctissima coniunx :

Felix morte tua , neque in hunc seruata dolorem ,

Ipsa ego nate tuum maculans crimine nomen

Pulsus ob inuidiam patria , laribusque paternis ,

Debueram patria penas , odiisque meorum .

Omnes per mortes animam sentem ipso dedissem .

Contra ego viuendo vici mea fata superstes :

Sed tamen aeternum viuet per secula nomen ,

Nate tuum : notusque Baëtris , iam notus & Indis .

Mortuus es nobis , toto vt sis viuus in orbe .

Morimur æque omnes , vt Horatius ait , solum superest gloria , quæ constat dignitate virtutis præcone , & eo vate atque sacro , id est , famulo : ob id a deo optabat Alexander Homerum : nam historia decidit factis illustribus succedentium : Poëtæ fabulantur , & ideo per se contemnatur : magna miraculum in Horatio

ratio, qui absque historia ausus est sustinere perpetuitatem nominis, quia absque historia delectare non possunt: idco ipsemet id testatur.

Lectorem delectando, pariterque monendo.

Sed quod alij obfuisse, celer scilicet casus puritatis linguæ Latinæ, illum reddidit ob raritatem singularem, desiderabilem. Oportet igitur vt subsistat factum rei egregiæ, & celebris: historia collecta, & Poëticis figuris amplificata à Vate, quia in prolatione non sustineret rotunditatem: vnde illud,

Gratias dedit ore ratundo,

Musa loqui.

Sitque facer ad ornandum fabulas illas; vt tot præcepta seruerent, quæ vix Aristoteles luculento libro completi potuit: cum ergo hæc quatuor simul affuerint erit nomen æternum illius, aliter non.

At quorum hæc? H. vt sciamus quæ ad vitam felicem sunt necessaria; & quod felicitas nulla est in hac vita, ne eam frustra quærendo impingamus: & fiamus grauius infelices. S. verum hæc non sufficiunt: necessarium est enim, vt velut artifices alij omnes, sciamus etiam finem rerum quas quærimus: velut faber scit, & docet facere clauos, & seras, incudes, & malleos, clauos ad iungendas tabulas: seras ad claudendum ostia: incudem ad sustinendum ictus. At tu, inquirunt, nihil horum edoces: & neque constat quid felicitas sit, neque tu eam esse affirmas: nec quis vsus, plane illud est difficillimum, quod non scimus, cum hac tua inanitate, & vacuitate, an per hanc doctrinam, aliquid plus tu inueneris, & an vere in hoc inani aliquid sit. Propterea audire vellent vtilitatem, si aliqua est, seu finem, si enim nulla est vtilitas, quorum scribere docere, & discere? H. Est, & non est. Primum est illud, quod, vt dixi, scimus esse infelicitatem maiorem felicitate: hanc autem pene nullam. Et in hoc inani esse quandoque aliquid exiguum, & etiam breue: omnia tamen in nihilum redigi, vt nouimus illud exiguum colligere ad tempus & vitare infelicitatem: Et quod est infelicitatis (modo non sit extrema hominis comparatione, nam potest talis esse: sed per se, neque magna, neque mediocritas, nedum extrema aut maxima) depellere, & in nihilum redigere, vbi hæc ignorando fieres infelix. S. ergo vt video vtilitas est quintuplex Prima, vt alleues infelicitatem, si non sit extrema. Secunda, vt augeas illud parum felicitatis quod est humanæ naturæ. Tertia, vt aliquid perexigui colligas, & ad breue tempus pleni, in vacuo illo. Quarta, vt sciamus esse aliquam felicitatem perexiguam & breuem, & quod consistit solum in virtute, non impedita à magnis incommodis. Quinta, quod talis felicitas potest produci aliquanto plus, quia subiecta eius, & vsus eorum, potest in quibusdam produci sensibilibus, comparatione vitæ humanæ, ob illius breuitatem. Sed si vita humana esset quingentorum aut sexcentorum annorum, omnes desperatione vitam finirent. Et similiter de felicitate recenti. H. optime & tibi gratias reddo, qui lon-

Tom. I.

ge melius rem declarasti, quam ego scierim proponere. Verum illud plane addo, quod felicitas ista, quantumuis, (vt dixi tota minima & exilis, imo quasi (vt clare loquar) nulla, habet quatuor etiam gradus. Primus dam est in actu, sed ille est momentaneus, videtur aliquid esse, cum non sit. Indicio est quod consensu Philosophorum, nihil aliud est quam indolentia. Secundus cum nuper transit, & manent subiecta & effectus illius, vt quasi præsens videatur. Tertius cum tempus transit, memoria tamen adhuc manet: & hæc est vmbra tralis profusus, nihil habens substantiæ. Quartus, vt rerum quarum vestigium nullum manet: & sunt velut casus quotidiani, quorum memoria etiam exoleuit: etsi adhuc recordaremur, memoria illa esset sine affectu vilo. Ex quo patet quod sufficit in hac vita traduxisse eam sine calamitate magna valde.

CAPVT LI.

In quibus deficere me sentiam.

Sed sapiunt Phryges, impossibile non errare: sed multum errare necesse est eos, qui voluptatibus inferuire volunt. Maximus ergo error fuit in filiorum educatione, nam plurimum potest educatio; sed carui medijs, filiis prudentibus, fratribus, sororibus, coniunctis, amicis, opibus, potentia, fide ministris: at poteram eligere, si voluissem parcere tot scriptis, vim inferre naturæ, & à voluptatibus temperare, in amicitia excolenda diligentior esse, expectare Senatus Bononiensis decreta, & vt profuit non rogasse, quanto plus non vrgere? plus potest occasio in huiusmodi, cum æmuli aduersantur, & tibi amicorum non par est potentia. Nec ludum latrunculorum adeo damno, sed sententiæ Horatii magis adhæreo.

Vixi; cras vel atra

Nube polum, Pater occupato.

Adde, modo futuris commodis non obstit: At ego præter id, vt essem in cibo continens, & in conuersatione decorem sententiam, minus mentem ac studium adhibui. Itaque parum erat, si septem elementa in cunctis actionibus obseruassem, cui bono? Et quamquam studiis literarum immodice adductus, profuisset eadem constantia, etiam in ceteris negotiis, vt prior non esset adeo admirationi. Nimis satis fuit defuisse tot, memoriam, linguam Latinam per adolescentiam, valetudinem integram, amicos, & familiam vtilem, in veneris robur per longum tempus, gratiam quandam ac venustatem, filios vel saltem communis prudentiæ participes: contra affuisse cor timidum, lites etiam longas, parentes morosos, tempora bellis atque hæresibus turbulenta; sed inuentis tot poteris te ipsum iuuare? Veritas nulli obesse debet, quæ ab aliis inuenta sunt, pleræque falsa inueni, aut ego non intellexi, vnde etiam reliquorum vltus inuilitis fuit: inuenta à me vtiliora, sed sera, vt si licuisset quæ habui post, tempestiue inuenire: aut quæ ab aliis quærita sunt, tempestiue mihi cogni-

E 2 ta

ta esse, forsitan non adeo laborarem. Nihilominus adhuc tanta superfunt, vt si alius haberet, felicem se existimaret: scientia tot rerum, stirps intacta licet oblata, libri editi, tot edendi, nomen, ordines, opes honestæ, amici potentes, arcana, & quod optimum est Dei veneratio: sed vt dixi, neque vni, cuncta adesse possunt: nec in omni genere exuperare, nec si valde exuperet, in vno etiam tantum, vel in illo perfectus esse. Quid ergo est, quod requiras in me, omni hominum generi denegatum? vel quod admireris errores admissos à me cum omnes etiam alij aberrent?

CAPVT LII.

Ætatum Commutatio.

Ætates commutant mores, formam corporis, & temperamentum, atque habitum; in infantia vt audiui, eram pinguis ac ruber: in pueritia macilentus, facie longa, albus, & subruher, magni incrementi, adeo vt incrementum penè anno xvi. perfecerim, & tantus viderer, quantus nunc sum, temperatura melancholica. In iuuenta, rufus, mediocris habitus, mediocriter iracundus, lætus, voluptatibus deditus, Musicæ præcipuè. Consistenti ætate à xxx. ad xl. annum, constitui in eisdem: habebam quæ me perturbarent paupertatem, cum filiis & vxore: infirmum corporis statum, æmulos adeo acerbos, vt cum sanassem Bartholomæam Cribellam matronam nobilem, & post eius fratrem, ipse conualescens irrideret me, cui ego, quid faceretur (alij enim secum ridebant) si non conualuisset? Ergo quid non sperandum, postquam non ante xxxix. annum incœpi respirare? neque tamè toto quadriennio sequenti, id est, à Calendis Septembris, vsque ad Calendas Nouembris M. D. xliii. quidquam actum est, nec priuatim, nec publicè, nisi vt essem liberatus ab ea cura, & honore decoratus. Primus igitur annus mutationis fortunæ, fuit xliii. ab eo ad lxx. intercessere ferè anni xxvii. tempus belli Peloponnesiaci, in quo omnia illa scripta condidi: nam à lxxi. ad lxxv. quatuor anni fluxere, in quibus conscripsi xii. opera, sed libri ipsi sunt xviii. at maior pars imprimendorum erit, partim constans ex antiqua doctrina, partim noua. In hoc ergo tempore me dedidi vii. annis voluptati, Musicæ, atque aliis, alex, & piscationi maximè: Tunc ad disputationes me exercui, detersitque corpore me habui; doluere dentes, & cecidere pauci ex eis: Podagra me inuasit, non tamen excrucians, accessio erat xxiv. horarum, reliquum ad declinationem pertinebat, vsque ad lx. an. vires non declinauerunt, vt appareat potius dolore animi, quam ætate fore imminutas. Ab eo anno citra, curauim, vt consulerem rei domesticæ; sed tot impedimenta affulsere, vt mirum sit me vsque nunc viuere potuisse: si quis enumeret labores, curas, tristitiam, dolorem, errores meos in victu, rei familiaris occupationes, timorem egestatis, vigilias, molestiam ventriculi, flatu graues, pruritus &

etiam Phthiriasim, leuitatem nepotis, filij malè facta, quis non miretur adhuc me superuiuere? plurimi tamen mihi cecidere dentes, vt residui sint xv. nec profusus integri, vel firmi: Tot insidiæ, tot laquei, anus furaces, aurigæ ebrij, omnes mendaces, ignaui, infidi, & superbi: neminem habui adiutorem, vnum semiauxiliarem: sexies vel circiter, ob tot incommoda, & errorem in victu, dormitum iens, credidi me non amplius surrecturum: ex his, bis eadem nocte periturum. Nondum testamentum quod vltimum esse volo confeci. Dices quomodo euadere licuit? Dolor fuit Medicina doloris, opposui primum iram indignationi, & amori infano erga meos, studia serua: mediocribus mœroribus, ludum lacunculorum; falsas autem spes, & excogitationes, magnis non prandebam, sed res eo redacta est, vt mane sim contentus poma vno cocto, vel xv. vuz creticæ granis, absque vino, plerumque sine aqua, si altervtrum, valde modicè: nouissimè induxi mihi vsum qui placet, spero salutarem, ius album Galeni, atque in eo panem mactatum probè, & nil aliud: Cœna tamen vberior. In omnibus, occurrit memoria libri de optimo vitæ genere: Recordabar quid acciderit filio Syllæ, quem Cæsar cum vxore, quod esset Pompeij filia, iussit interfici: Quid Q. Cicero ni? Quid Marco fratri: filia sine hærede mortua est, patre viuente, vnde insaniiuit; filio quamuis superstite, nullus aut filius, aut filia: ita infœlix Terentia omnibus suis superstes, cum suis centenis annis, cum coniugio olim tam florenti: O res humanas! Quid operibus Theophrasti tam pulchris atque vtilibus? Cœna post longa experimenta pisces magni, leues, bene cocti: vt bene nutriant, facillè concoquantur & solidum præbeant alimentum. Cyprinos eligo, sed Romæ desirantur: horum loco Passeres, & Rhombos, ac Lucios à dodrante ad sesquilibrium: ac pisces leues, latos, aut etiam Triglas: Cyprinos non fontium, sed paludum (Scardeas vocant) ob causas alias enarratas deuito: ius verò betarum cum allio, aut Chamarum, vel Astacorum, vel Limaciarum cum lauri foliis viridibus, & loco betarum, sonchi, aut radice cichoreæ, boraginis folia sana, & radices pro acetario ferculo: vel loco vnus horum, vitellos ouorum, & recentes vt persæpe vno sim contentus. Carnes etiam albas, sed seorsum edo, bene coctas & pedes vitulorum, & iecur pullorum, & columborum, tum cerebrum, & quidquid sanguinei inest: Carnes in veru assatas, inde minutim incisas, aut tenues, & gladiatorum dorso verberatas, diu denuò inuolutas in omento hædi: & in patina cum iure coctas, aliis omnibus præfero. Pedes vbi frigent lauo, non enim post, adeo frigent: nec nisi calefactis, & siccatis partibus humidis, sumo cibum. A prandio non ambulo, multo minus à cœna: Factus sum animo quietior, & fortior ob cognitionem, non ob regimen: & quoniam mihi iure mors timenda videtur, eam odi: cæteros qui illius aduentum non reformidant, Tauræ Campani exemplo, sinamus occurrere si expectare non satis est. Sed redeo ad propositum, ætatum mutatione, sæpe inueni in rebus

meis

meis etiam reconditis tantam variationem, vt diceret ad esse Larem, qui omnia confunderet: ablatas pecunias, auctas, translatas aliò: ne credas sublitum mihi os, aut memoria lapsum, vide quid mihi acciderit heri, & nunc perferat (neque enim ignoro quanta possunt obici illi mutationi) cœnauit satis lætus: à cœna tantum odium inuasit omnium librorum aliorum, meorumque, sed editorum, vt non sustineam cogitare de illis, nedum inspicere: ratio manet, agnosco esse causam in me similem melancholiz, maximè cum optimi supersint: At de pecuniis alia ratio est, non dolus, non insania, nemo subtrahit, non error, quid ergo an violentia?

CAPVT LIII.

Conuersationis qualitas

AD conuersationem, ob multas causas, & eo magis hac ætate, parum idoneum me esse intelligo. Primum quia diligo solitudinem, numquam enim magis sum cum his quos vehementer diligo quam cum solus sum: diligo autem Deum, & spiritum bonum: hos dum solus sum contemplor immensum bonum, sapientiam æternam, lucis puræ principium & authorem, gaudium verum in nobis, vbi periculum non est ne nos deserat, veritatis fundamentum, amorem voluntarium, authorem omnium, qui beatus est in seipso, & beatorum omnium tutela & desiderium: Iustitia profundissima seu altissima, mortuos curans, & viuientium non oblitus. Spiritus autem mandato illius me defendens, misericors, consultor bonus, & in aduersis auxiliator, & consolator. Quem ergo mihi propones hominum cuiuscunque conditionis, qui secum perpetuo non deserat mantricam stercoris, & matulam vrinx, etiam in venis? & plerique cum sint gratiosiores, ventrem habent vermibus repletum: multi ex his, multaque quæ placere solent, vt omnia æqua lance distribuerentur, etiam pediculis scætant: aliis alæ, aliis pedes, pluribus os foetet. Cùm hæc considero, quemnam mortalem (ad corpus respiciens) amare poterò? quinimo Catulus, aut Capreolus multo purior, & nitidior erit. Sed animam amplector quod animal insidiosius, improbius, fallacius est homine? Mitto partes animæ perturbationibus subiectas, & intellectum amare volo: At quis intellectus syncerior diuino, altior, securior, & qui vera docere possit? replentur Bib iohæcæ libris, animæ eruditione spoliatur: Transcribunt non scribunt, non desunt ingenia, sed alia. Quid ergo est, quodd ex hominum consortio sperare possim? garruli, auari, mendaces, ambitioni: Ostendite in seculo tam florenti, in occasione tam vtili Typographiz, qui vel centesimam partem inuenierit, eorum quæ Theophrastus, & do manum. Quinimo suis nugis, & de ac et, perturbant bene illa inuenta, pulchra. Sed neque hoc expedit rebus ipsis: inuentiones enim debentur tranquillitati, & quieti, ac stabili cogitationi, necnon

Tom. I.

experientiz, quæ omnia sunt solitudinis, non societatis hominum, vt de Archimede legitur. Ego quod ad me attinet, lx. inuentorum forsitan, ne xx. quidem aliis, aut societati debeo: nolim teneri de mendacio, si aliquanto pauciora sint: fateor in Mathematicis aliqua, sed paucula à fratre Nicolao accepisse: sed quot exciderunt? tanta multitudo aliis debetur causis, sed adhuc etiam latenti vi illi splendoris, aut meliori. Quid ergo mihi cum hominibus? Alia ratio, beati non dignantur mea societate, ego miserorum non opus habeo, si blandiri velim, non sanabor: si exasperare, in malam trahent partem: Sunt præterea senes morosi, tristes, queruli, inuidi, dictis illorum quæ accessio fiet? Est etiam temporis angustia, *Dies nostri lxx. anni & in potentatibus lxxx.* vt parum supersit ad nugas, quam enim partem dederò illis? contemplationis, iniustus & impius: scribendi stultus, vt redeam ad labores quos subterfugere poteram, ocij paricida mei: vt et si exercitationis, somni, domesticorum negociorum? Deinde cum quibus, amicis: frustra, operam enim meam desiderabunt, non colloquia: aliis quorsum? peritis illi plus multo forsitan existimabunt se scire quam ego? Et si sciant, contentio erit de genere, velim discere quorsum? si docere, erit impudentia & prodigalitas, sua effundere, vt nil nisi odium quæras? An etiam vni soli, an multis simul? si multis, quando finis? si vni, an tibi is Deus erit? Mouebis etiam aliis inuidiam, vt rursus in pelagus cogaris descendere turbulentum: loquuntur etiam plures simul, & clam te irridebunt: multis occasionebus te expones nullo lucro. Quod propterea summum est, in confabulatione lepor, in conuersatione iucunditas, ab his vtrisque plurimum abest natura senis, ac mores: in omnibus testem alium non aduoco quam Aristotelem. Ob hæc igitur semper difficilis fui conuersationis: quæ etiã vna fuit ex causis, ne itarent ad conuiuia: non tamen reicio, aut excludo bonos, ac iustos, præsertim miseros, nec bene meritos de me, neque sapientes. Sed dices, homo animal est sociale, & quid ages, cùm renunties hoc facto Mundi regno, amicis: quid poteris? gloriaris te habere amicos potentes, aut ergo frustra hæc est iactantia, aut cui lucro? cum enim sint qui eisdem placeant conuiuando, iocis, ludis, quid est vt illos deserant, te amplectantur? quid stuidia proderunt si non credant?

Scire tuum nihil est, nisi se scire hoc sciat alter.

Deinde si deerunt necessaria naturæ, multa patieris incommoda: hæc scio mihi obici posse: at non me later multa dura videri & absurda, quæ tractata secus apparent: vt etiam contra, alia mollia & vtilia, quæ secus absurda sunt & dura. Et mihi cum hoc plerumque seruat quantum satis est, ob illos quos dixi me admittere, sufficiunt enim illi, & plus turba vtilis sunt, ac magis securi.

CAPVT LIV.

Et est Epilogus.

ERgo iam securus de mendacij suspicio-
ne, vt qui in veritatis studio conuenie-
rim, cum quo & Dei amor, & immortalium
spes, & tantæ amplitudinis possessio, & sa-
pientiæ hæc coniecta sunt: nolo iactu
vno cuncta confundere; sinamus hæc his,
qui ob imperitiam falluntur, aut qui menti-
ri gaudent, vel audita, lecta, vel etiam vi-
sa adaugent, dum sperant imponere posse.
At rogabunt qua spe freti de iis, quorum ne
vnum mille viri vnus, mille referentis testi-
monio subscribent? Ergo nil aliud nisi veri-
tatis amor: at dissentiant plane homines, vt
carnivoræ volucres, aliæ sordidæ, corui,
cornices, qui in libidinibus, rapinis, dolis,
sæuitiaque versantur; alij nobiliores vt aquilæ,
& accipitres: hi fastu nimio & iracundia
flagrant. Quid mirum si hæc non animaduer-
tant, quamuis talibus tamen exemplis om-
nium historicorum, tam sacrorum, quam
profanorum libri pleni sint, & nobis eorum
vice qui aduersantur, Deus, ac plena machi-
na beatis, & his qui sapiunt consentit: infi-
niti pro exiguo numero, veraces pro menda-

cibus, sapientes pro stultis. Hoc vnum debe-
rent curare Principes, vt eos qui in probos, &
eruditos inuehantur, iustis pœnis, veterum
exemplo punirent: Quod si neglexerint,
vnus de omnibus & pro omnibus (præter
quod potentia euergetur?) exiget. Ea ergo
ratione non laudis meæ exempla, superius in
arte adduxi (an putant me esse adeo ineptum,
vt hoc medio velim redire ad sarcinam?) sed vt
intelligant homines, me talem esse, scilicet
veracem, & probum, ac potentem diuino spiri-
tu, dum possunt exquirere veritatem. Porro
cum humana fiant peritia, ratione, consilio,
afflatu, occasione, impetu, & casu: Peritia
certa est vt fabri: Consilium hominum subiicitur
arbitrio, qui si amici non sint, nec beneficiis
vllis, nec repentinis crudelitatis experimentis,
vt euentus docent, mutari possunt: Afflatus
rara avis est, nec vlli in omnibus vnquam
satisfecit; occasio maxime præuisa, bona: sed
& ipsa non semper affulget, ratio vt tutissima
est in expertis, & elaborata, ita calus malus,
impetus pessimus propter quam aliquando in
pugna, quia stulta: pro ratione, liber Actus
pro numinibus, splendor, qui potest innui non
scribi: pro supra mortalibus, spiritus, qui nec
scribi potest, nec innui, nec est in potestate
nostra.

